Bibliothèque numérique
medic@

Hippocrate / Van der Linden, Jan Antonides (éd.). **Magni Hippocratis Coi Opera omnia graece et latine edita... industria ac diligentia Joan. Antonidae Van der Linden volumen primum**

Lugduni Batavorum : apud D., A. et A. a Gaasbeeck, 1665.
Cote : 33153x01

PARIS biu Santé

Licence ouverte. - Exemplaire numérisé: BIU Santé (Paris)
Adresse permanente : http://www.biusante.parisdescartes.fr/histmed/medica/cote?33153x01

MAGNI HIPPOCRATIS COI OPERA OMNIA.

GRÆCE & LATINE

EDITA,

Et ad omnes alias Editiones accommodata.

Industriâ & diligentiâ

JOAN. ANTONIDÆ VANDER LINDEN,

Doct. & Professoris Medicinæ Practicæ primi in Academia Lugduno-Batava.

TOMUS PRIMUM.




BIBLIOTHEQUE DE MEDECINE

LUGDUNI BATAVORUM,

Apud DANIELEM, ABRAHAMUM & ADRIANUM à GAASBEECK.

CIↃ IↃC LXV.



Ampliſſimo, Prudentiſſimoque Viro,

D. D. NICOLAO TULPIO,
Amſtelædamenſis Reip. Ex-Conſuli & Senatori, nunc verò Illuſtr. & Præpot. D.D. Holl. Weſt-Friſiæque Ordinum Delegatorum Collegio adſcripto.

UT ET,

Clariſſimis, Spectatiſſimis, Expertiſſimiſque
VIRIS,

D. D. FRANCISCO DE VICQ,
Collegii Medici h. t. DECANO,

D. D. ARNOLDO THOLINX,
Cauſarum, ex bonis quæ non ſolvendo, Judici.

D. D. GUILIELMO PISONI,
Coll. Med. Præfecto,

Medicis Practicis Excellentiſſimis,

Dominis, Fautoribus & Εὐεργέταις ſuis perpetuo obſequio venerandis, colendis,

Hunc Parentis ſui poſthumum laborem
Dicat Conſecrat & Offert
HENRICVS ANTON. VANDER LINDEN,
JOAN. FIL.

Ampliſsimi, Clariſsimique

V I R I,

MAGNA & ineffabilis eſt æterni Dei erga genus humanum bonitas & munificentia. Poſtquam enim infelices parentes noſtri protoplaſtæ, infelici comeſtione fructus vetiti, ſe omneſque ſuos poſteros juſtiſſimæ ſummi Numinis iræ obnoxios reddidiſſent, ac præter alia innumerabilia mala, (heu quantam!) morborum Iliadem cervicibus ſuis ſuperinduxiſſent; clementiſſimus Iſraëlis Medicus eorum calamitatum miſertus, omnis generis pharmaca non ſolum è terra creare perrexit, ſed & horum accuratam adminiſtrationem, qua amiſſa ſanitas

nitas reſtaurari poteſt, homines docuit. Sanitatis autem ea eſt excellentia, ut omnia quæ hominibus obtingere poſſunt bona, æſtimentur viliſſima, abſque ea ſi ſint: ita ut nullus vel uſus vel utilitas ſit divitiarum, ſive corporis, ſive cujuſcumque alterius rei, citra ſanitatem; quaque ſine ſi vita eſt, tantum non mors eſt. Et certe nihil eſt, quo propius accedere ad Deum datur, quàm ſanitatem hominibus dando. *Medicina ergo omnium artium præſtantiſſima eſt.* Verum propter ignorantiam eorum, qui eam exercent, & ob vulgi ruditatem, quod tales pro Medicis judicat & habet, jam eo res devénit, ut omnium artium viliſſima cenſeatur. Vulgus quidem non poteſt non amare tales, cum ſimilitudo mater ſit benevolentiæ, conſuetudinis & familiaritatis conciliatrix, ut ſcilicet ſimiles habeant labra lactucas. Cum autem ſæpius errando *fama-Medici* (ut eos ſcite appellat Cous) exiſtimationem tandem amittere incipiant, fatuum vulgus idem fert judicium de doctis, eoſque eodem loco habet, atque ita nobi-

Magni Hippocratis Coi Opera omnia graece et latine edita... industria ac ... - page 5 sur 917

lissima ars vilescit & immerenter damnatur. Supina illa ignorantia in arte, nisi vehementer errem, non est aliunde arcessenda, quam à neglecta librorum Hippocrateorum lectione. Dolendum sane, & serio deplorandum, tam negligenter tractari scripta tanti viri, quem dici non potest, quam inæstimabili nostro bono Divina providentia atque benignitas dederit nobis, & in hunc usque diem servaverit. Certe non est verisimile, quum Deus donum illustre dederit mundo, & ingenium magnum excitaverit ad salutarem artem investigandam, & ejus pleraque utilissima dogmata gentibus lingua, (quam omnibus discere promtissimum est) pandendum; eum approbare neglectum tanti doni, & quovis tempore cuivis velle dare, ut novam artem suo Marte construat. Nonne igitur necesse est adire hos fontes, exque illis potiùs haurire aquam limpidissimam, quã rivulos graveolenti variarum opinionum cœno turbidissimos consectari? Certe indubitatus & omnium calculo probatus ser-

mo

mo eſt: *Purius ex ipſo fonte bibuntur aquæ* Quæ ergo malum! iſta dementia eſt, nolle ſequi eum, quo certiorem ſibi ducem legere in Medicina poteſt nemo: quemadmodū qui medicinam poſt ipſum fecerunt, & hujus divini doni participes fuerunt, prudentiſſimi omnes libenter faſſi ſunt. Quiſquis itaque, ſpreto Medicinæ Parente, artis deformatores admiratur & colit, inevitabili neceſſitate in mare funeſtorum errorum præceps fertur. Omnium certe conſenſu omnis boni in Medicina auctor eſt Hippocrates, ſed quotuſquiſque eſt qui eum ſibi imitandum proponat? Reperias licet multos, qui Virum omni laude majorem mirifice laudent, tamen nihil minus agunt, quam ut, quem tantopere extollunt, æmulari ſtudeant. Alii inani metu perculſi, ab ejus lectione abſtinent, quorum ſcilicet animos prava dementavit opinio, quaſi βραχυλογία, cujus Hippocrates fuit ſtudioſiſſimus, obſcuritatem ſecum trahat: cum meminiſſe eos deceret, quod nullibi veneranda illa χυδιολογία quæri & certius inveniri poſſit,

Magni Hippocratis Coi Opera omnia graece et latine edita... industria ac ... - page 7 sur 917

quam grato in breviloquio. Et quare incuſamus obſcuritatem, & non potius noſtræ deſidiæ litem intendimus? Quia refugimus induſtriam, non fruimur emolumentis, *Qui è nuce nucleum eſſe vult, frangat nucem.* Quiſquis enim Medicinæ ſcientiam ſibi vere comparare volet, eum Præceptor laboris amantem eſſe jubet: non Philypnon, ſed Philoponum requirit. Si manum admoverimus, quî fieri poteſt, ut voto noſtro non potiamur? nihil quippe tam difficile eſt, nihilque tam arduum, quin inquirendo, & ſtudii aſſiduitate, inveſtigari poſſit: nam, *Labor omnia vincit improbus.*

Non quiſquam fruitur veris odoribus,
Hyblæos latebris nec ſpoliat favos,
Si fronti caveat, ſi timeat rubos.
Armat ſpina roſas, mella tegunt apes.

Nimirum, difficilia quæ pulchra. Minime profecto ferenda eſt criminatio illorum, qui non verentur divinum Hippocratem, medicorum omnium ac philoſophorum primum, imperfectionis arguere. Meruit ille ante multa ſecula, non ſolum, dici Parens

rens medicinæ, ſed etiam is, qui primus perfectam apud Græcos medicinam in lucem protulerit. Quæ ergo illa invidia eſt, optimum illum Senem de ponte dejicere, illique famam, quam jam tot eruditorum ſuffragiis obtinuit, eripere? Sed barbara ingenia leviſſimis momentis impelluntur ad divini atque incomparabilis Herois obtrectationem. Habet hanc ſortem cum optimis communem. Quis enim tam felix aut ſapiens, qui fuerit ab obtrectatione liber? Maxime huic ſunt obnoxii, qui magni. Petulantiſſimi illi Theones, ut ego quidem judico, ignavum imitantur Heroſtratum, qui celeberrimum Dianæ Epheſiæ Templum ſuis manibus incendit, ut ea re nominis immortalitatem ſibi compararet: ita temerarii hi reprehenſores, ex maledicentia contra columen artis ſibi famam quærunt. *Verum eſt*, (inquiebat meus p. m. Parens) *& grati agnoſcimus, multa nos poſteritati, plurimaque hujus præſertim ſeculi Naturæ Scrutatoribus debere, quæ eſſe ex uſu medicinæ queunt. Verum, inter multiplicem illum profectum,*

ctum, Hippocratis, in tradendis medicinæ præceptis, tum ratione fundata ſoliditas, tum experimentis comprobata veritas, tum linguæ omnibus gratiis exornatæ venuſta gravitas, ſuam facile retinet & retinebit auctoritatem. Et quam verum eſt Cl. Heurnii judicium: *In Hippocrate verborum preſſa proprietas, ſententiarum conciſa ſubtilitas, ſermonis veneranda antiquitas, artificii commendabilis dignitas, in cujus ſcriptis nihil ſuperfluum, otioſum nihil; ſed arguta brevitate rotunda omnia & ſignificantia. ita ut ubertas & amplitudo rerum, verborum numerum longe vincat. Hæc genuina & propria ſunt Hippocrati. cujus tanta fuit benignitas, ut nihil ſciverit, quod nos neſcire voluerit: tanta autem ſolertia & ſapientia, ut nemo poſt ipſum ſciverit, quod ipſe ignoraverit. In eo enim cuncta medicinæ ſemina animadvertas.* Sed deſino plura pro lectione ſummi Viri in medium proferre, cum, qui exactioris ſunt judicii, quibuſque *de meliore luto finxit præcordia Titan*, minime dubitent calculum ſuum adjicere ſponte. Huc igitur ſemper collimabat deſideratiſſimus Parens meus p. m. tam viva voce, quam

quam ſcriptis ſuis, ut nimirum Auditorum ſuorum animos ad ſedulam admirandi ſcriptoris lectionem excitaret. Juventutis autem induſtriæ conſulere, ejuſque conatus adjutare pro virili cupiens, novam Hippocratis editionem meditatus eſt. Cum enim injuria temporis nobiliſſimus Auctor, etiam poſt tot factas editiones & emendationes, multis in locis deprehenderetur adhuc mendoſus: ne lectores remoram aliquam hac in parte paterentur, adhibitis vetuſtiſſimis manu ſcriptis exemplaribus, quæ ſummo ſtudio ſibi comparaverat, aliquot millena loca reſtituit, quo tandem priſtinus illi nitor, ſi pote, redderetur. Commiſit eum typis, ſed ad finem, quem videre valde deſiderabat, non perduxit. Nam ſub brumæ exitũ, triſtiſſimi anni præteriti, ſupremus rerum Arbiter, pro ſua ſanctiſſima & imperſcrutabili voluntate, pientiſſimum Parentem ex hac miſeriarum valle ad beatiſſimas ſedes tranſtulit. Nunc autem, bono cum Deo, ſummâ manu operi impoſitâ, quærendi erant Patroni, quorum tutelæ

tutelæ partus, patre ſuo orbus, commendaretur. Vos vero, VIRI EXCELLENTISSIMI, ad hanc curam deligere debui, volui. Debui: quia olim in ampliſſima veſtra urbe non ſolum τὸν μαιευτὴν habuiſtis per aliquot annos Collegam veſtri amantiſſimum; ſed etiam deinceps, cum illinc ad erudiendam juventutem Dei providentia vocatus eſſet, quouſque fata ſiverunt, coluiſtis amicum fidelem & ſincerum. Volui; quia, quibus majori jure eximii hujus operis deberetur inſcriptio, ignorabam. Ego enim toto feror animo in veſtrorum nominum gloriam, ſi modo is ſum, qui VOBIS, in maximo virtutis & doctrinæ faſtigio diu jam conſtitutis, ad laudem aliquid poſſim adjicere. Suſcipite ergo, VIRI HONORATISSIMI, fœtum hunc recens editum, in quo enitendo Parens ſpiritum efflavit, ac clientelæ Veſtræ commendatum eſſe ſinite. Valete & vivite quam diutiſſime, Patriæ, Rei litterariæ; Veſtroque me favore dignamini, qui

quamdiu


DEDICATIO.

quamdiu mei
Vivam memor, pectusque sincerum geram,
Vos mente fida semper observans colam,
Vesterque dici gloriabor

Dabam Lugd. Bat. 18. Aprilis
cIↃ IↃC LXV.

HENRICUS ANTONIDES
vander LINDEN.

IN


PPiil. fc.
HIPPOCRATIS COI
Genuina effigies ex antiquo numismate
græco Constantinopoli reperto
Thevet, pag: 37.

IN
Novam Editionem Operum Magni
HIPPOCRATIS,
Orthodoxorum Medicorum Principis,
à Viro Cl.
JOANNE ANT. vander LINDEN
Eximio Doctore restauratam.

Cum Dictatoris summi lex mystica tradat,
Fallere vel falli, grande nefas Medico,
Multa laude librum cumulandum censeo, nam qui
Spectat Lindanum, spectat & Hippocratem.

GVIDO PATIN, Bellovacus, Doct. Med. Paris. & Profess. Regius.

Consummatissimi Parentis gloriosè æmulo Filio,
D. D. HENRICO vander LINDEN,
cum Hippocratem sollicitâ beati Patris curâ emendatum publicaret.

Assere te, Medicum jam longâ ab origine germen,
Cygneumque Patris profer in ora melos:
Suave melos, doctis quod & os titillat & aures,
Anteque Sirenas, Ambrosiamque placet.
Nectar suave Diis, & terræ mella colonis,
Suave exsurdatæ lacryma Thusca gulæ.
Suave coloratus mittit quod saccharon Indus,
Suave Calabrini roscida manna soli.
Suavius Antonî sapit ultima cura cerebri,
Et modulis ultra luscinium exit olor.
Phillyridum testor genios, animasque Pelasgûm,
Illa Machaonii prima elementa chori.

* * *Jam*

Jam demum Hippocrates proprio exſplendeſcit in oſtro,
Ipſe nitor Grajus, formaque prima redit.
Vere novo brutam ponit cum pelle ſenectam
Anguis, & in juveni veſte volumen agit;
Cous *at in ſquammis tot ſecula dormiit iiſdem,*
Rara avis, exuvias quæ removeret, erat:
Foëſium *ſupra nemo aſſurrexit, at ille,*
Proh ſuperi! quàm infra maſcula cœpta jacet.
Illius à nitidâ vitalior exiit ulnâ,
Spemque reſurgendi ſemineci ore bibit;
Oraculo propior tamen exiit: aſpera multa,
Multa abrupta, ſitu trunca & hiulca vides:
Sed meritò Hippolyti ſe collectore Batavus
Jactitat, Oedipodæ nomina, **Linde**, *meres.*
Mens immixta Diis, Te per ſine veſte Diana
Cernitur, & Coi quicquid Eleuſis habet:
Pelle novâ in priſcum ſpirarum Epidaurius aurum
Voce tuâ, & calamo ſuppetiante redit.
Quin, niſi ſpe citius laceraſſent ſtamina Parcæ
Doctorum Antiquis reddere nata diem,
Ipſo ſe Hippocrates ſapientior iſſet in auras,
Ipſo ſe Celſus celſior uſque foret.
Patris adi pluteos celebrati nominis hæres,
Fac prœli excipiant Dia reperta ſtylum,
Cantemuſque: Pater fuerat cos maxima Coo,
Coſque ſimul Patri maxima Natus erat.

l. m. q. p.

Olaus Borch, Med. Doct. & in Acad. Hafn. Profeſſ. Regius.

I N

IN

Novam Hippocratis editionem

JOH. ANTONIDÆ vander LINDEN

Viri Cl. Studio adornatam,

ODE.

Morborum dubias quiſquis origines,
Et caſus varios, & medicamina,
Noſtri noſſe cupit munera Cynthii;
LINDANI tumulo purpureas gemens
Inſpergat violas, albaque lilia,
Auditumque procul nomen ad æthera
Certet perpetuis tollere laudibus.
Quem nuper Batavûm terra opibus potens,
Multumque ingenuis artibus inclyta,
Admirata choros inter amabiles
Doctorum, gravido quos alit ubere.
Coi preſſa ſenis dicta recludere,
Curandique vias pandere doctior
Ecquis, moribus aut ſanctior extitit?
Solers quin etiam ſecta refingere
Summi Aſclepiadæ membra habilem in modum,
Quò geſtare ſinu ſit facile omnibus,
Quem vaſto priùs haud corpore mobilem
Servabant plutei; ceu tepidus gravi
Victum membra ſitu lectulus alligat.
Nunc poſtquam ſenium & pondus inutile
LINDANI eximiis artibus exuit
(Vernus ceu poſitis exuviis draco
Segni carcere prorumpit alacrior)
Muſarum exiliet ſedibus intimis,
Quò fors cumque feret, perpetuus comes
Doctorum, irrequies quos amor ingenî
Noctes atque dies ſollicitos tenet.

Singularis amici memoriæ dicabat

P. PETITVS, Medicus Pariſ.

Magni Hippocratis Coi Opera omnia graece et latine edita... industria ac ... - page 17 sur 917

Εἰς ἀκριβεστάτην, τριζμεγίστου

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ,

μεγίστου Λινδάνου ἔκδοσιν.

Ἱπποκράτης Κῶος πολ' ἐρύσατ' Ἐρεχθέος ἀστούς,
Δημοβόρον παύων νοῦσον ὀπισσαμένους·
Πλουτεῖ δ' αὐτὸ σίτησιν ἐνὶ Πρυτανείῳ
Ἱπποκράτει χρυσέῳ δῶκαν ἀνὰ στέφανον·
Κῶον δ' Ἱπποκράτης σώσας Σωτῆρος Βασιλῆος,
Ἄξιος ὁ πλέθρῳ ἄξια δῶρα φέρειν;
Ἄξια δῶρ' οἷσιν, Μακαρίτης, αἰὲν ἐόντα
Οὐνομά τ' ἠδ' αἶνον, καὶ κλέος ἀθάνατον·
Τοῦτο γὰρ ἐστι γέρας χαριέντων ἐσθλὸν ἰητρῶν,
Φαῦλος ἄγαν χρυσὸς, φαῦλα τραπεζα πέλει.

ΜΑΤΘΑΙΟΣ ΣΑΓΔΟΣ,
ἰατρὸς Ἀμστελοδαμαῖος.

Ad Cl. Virum

HENR. ANTONIDEM vander LINDEN, JOH. FIL. Med. Doct.

Beati Parentis ſui poſthumum opus edentem.

Acceptam Patri reddis cum fœnore vitam,
Parte ſit extinctus ne meliore caves:
Spirat adhuc certe ſimili Te prole relictâ
Quam vultu Patrem, pulchrius arte, refers.
Extabant alii fœtus, ſervaſſe decorum
Hippocratem, binos ſic periiſſe vetas.
Poſthumus hic lucem, veteri jam pœne ſepulto
Addere cum Patris nomine dignus eras.

Lut. Pariſ. 14. Octobr. LXIV.

L. M. A.

CHR. CONSTANTINUS ROMPF.
Med. Doct.

CELEBERRIMI VIRI,

JOH. ANTONIDÆ vander LINDEN

MEMORIÆ S.

JOHANNES ANTONIDES VANDER LINDEN

MORTUUS EST.

An mortuus?

SI MORI EST QVIESCERE A LABORIBVS, MORTVVS.

SI VIVERE EST FRVI ASPECTV DEI NON MORTVVS EST

SED VIVIT.

Vrbi ereptus sed non Orbi ablatus.

VETAT HOC INCLYTA VIRI VIRTVS

MENS COELO RECEPTA.

Terra in Terram rediit.

Manet

PIETAS APVD CONSCIOS

MEMORIA APVD GRATOS

FAMA APVD POSTEROS

Anima inter Myriadas sanctorum glorioſè in Cœlo triumphat.

IS NON SEGNI OTIO TORPESCENS

OMNES DIES ANNOS HORAS REBVS

SEMPER PROFVTVRIS IMPENDIT.

Legit ut intelligeret, scripsit ut legeretur.

Erecturus sibi industriæ, posteris utilitatis, omnibus imitandum monumentum.

NON ARENAS AVT VANA COGITATIONVM,

DVBITATIONVM, SVSPICIONVM

Sed marmora materiarum sumpsit

Inscripturus quæ perennarent literas non quæ delerentur lituras.

SECVLA ELEGIT VICTVRVS IN SECVLA.

Semperne dubitantes & Platonicos Mundos instaurantes?

O semper pueri! Hoc Ægyptii ad Solonem, hoc tibi à nostro dictum sit:

Quisque scilicet novum sibi mundum, elementa, causas, remedia, morbos, mortes,

omnia nova struit: mox destructurus iterum omnia:

Et hoc seculum vocatur.

SED IACES!

ΚΕΙΤΑΙ ΚΑΙ ΠΑΤΡΟΚΛΟΣ

Com

Commune id tibi cum parvis, medioxumis, magnis.
Sola hæc regula exceptionem non habet
SED IACES IN TVMVLO SALVTIS QVIA DEVM COLVISTI.
IN TVMVLO FAMÆ QVIA VIRTVTEM AMASTI.
Mors nihil abſtulit niſi quod ſuum erat, peritura brevi, mox reſurrectura omnia.
ERAT IN TE HOFMANNI ILLVD PENETRANS ET ACVTVM
PERSPICVITAS MONTANI EXPERIENTIA CRATONIS
ET MAIOR COI SENIS CVLTVS QVAM IN FOESIO.
Quanta reconditæ Lectionis Copia!
Nec medicos modo in numerato habebas ſed quicquam uſpiam eruditi & ſolidi
ſive antiquitas reliquit ſive recentior ætas ſuperaddidit.
SCRIPTA MEDICORVM QVOT MILLIA DESCRIPSISTI, TOTIDEM
MENTE PECTORE MEMORIA VSV TVA REDDIDERAS.
Ita aliena legebas diligenter, ut accurate ſimul intelligeres.
Obſcuris & nulli hactenus intellectis fax eras præfulgida:
Omnes diſpellebas tenebras luce ingenii & perſpicuitate dictionis
RESTITVISTI DIVINO SENI CIRCVITVM SANGVINIS
QVEM INCVRIOSA VETERVM HÆC ÆTAS,
PROH STVPOR!
ALIIS ADSCRIPSERAT
Repererant Margaritam in ſimeto ignari à quo recondita fuiſſet.
Et quid hoc ad illos novos Heroſtratos?
Maneat illa laus qui primus ſcripſit Hippoc. Lindano qui primus reſcripſit perennis gloria.
TIBI VERO TVMVLTVM ERIGET ACADEMIA
Non Memphiticas Pyramides
QVIPPE SIMPLEX FVIT TVA PROCVL FVCO
PROCVL VANITATE CONVERSATIO.
Non Mauſoli luxurioſam molem
MENS TVA ET FAMA TOTO ORBE SPARSA NON CAPITVR ILLO
QVANTVMVIS MAGNIFICO ARTEMISIÆ APPARATV
Non Coloſſum Rhodium
MAIORA TIBI LABORIOSVM TVVM OTIVM ET HIPPOCRATES
REDIVIVVS PRÆSTITIT.
Studioſa juventus quæ viventem copioſa frequentia coluit eadem ſublatum ex
oculis gemebunda ſæpè & errabunda quæret.
VTINAM PAREM INVENIAT!
Sed reliquiſti quæ abſentis vicem fungantur opera tua emenda ſemper & amanda
IN ILLIS TOTVS QVALIS QVANTVS FVIT LINDANVS SVPEREST.

Pof. G. HORNIUS.

TYPOGR. LECTORI S.

STITUR *tibi, Studioſe Lector, magnus Hippocrates: omnium confeſsione, Medicorum à multis ſeculis parens & princeps. Cujus ſcripta vivere & illuſtrari, & legi & intelligi, plurimum refert: tum, quia plurima humano generi utilia præcepta continent, tum, quia multiplici ſapientia abundant, quæ ſpecimen eſt ejus ſapientiæ, quam Deus gentibus impertivit, per quam non invenerunt Deum. quanquam alii aliis longiùs à Deo receſſerunt. Nam Hippocrates noſter & à Deo & virtutibus ejus cognoſcendis proximè abfuit. Taceo, quantum ſit, eam linguam, per quam Deus nobis poſtremo tempore loqui voluit, etiam hujus Auctoris beneficio illuſtrari. Sed, quod medicinam attinet, quis non videt, quantum munus ſit divinæ benignitatis, quòd, quæ tot ſeculis à viris prudentiſsimis & ſagaciſsimis prolata ſunt in lucem, ea confertim expoſita ſunt Studioſorum oculis, ut tanquam ad epulas paratas veniant; quum priores mira ſolertia, tamen in magna ἀπορίᾳ, ea paullatim colligere neceſſe habuerint. Ea verò negligere, quid aliud eſt, quàm ſeipſum ad priſtinam redigere paupertatem? Nam, qui ſe exiſtimet per ſe inventurum omnia feliciùs, quàm omnes fecerint, quum ars longa ſit, vita brevis, experientia periculoſa, quomodo non deſipere exiſtimabitur? Habeant nova ſuam laudem; ſed & vetera, ſine quibus nova non exſtiterunt. Sed non eget Hippocrates noſtra commendatione, ſi quis veterum, commendatus ab omnibus. At de editione hac, benigne Lector, pauca ſunt, quæ tecum diſſeramus. Formam vides. Ea brevior eſt, quàm earum editionum, quæ præceſſerunt. Quæſitus eſt uſus. Et domi & foris libri exiliores ſunt tractabiliores iis, qui & magnum menſæ occupant ſpacium, & vix tolli poſſunt, & oculis non admoventur commodè. Typi elegantia & claritas ſe ipſa commendat. Qui hanc editionem magno ſtudio & labore, & cum diſpendio valetudinis ſuæ, paravit vir Clariſsimus Jo-*

hannes

Magni Hippocratis Coi Opera omnia graece et latine edita... industria ac ... - page 21 sur 917

hannes Antonides vander Linden, nuper Medicinæ Practicæ Professor in celeberrima hac Academia primus, Hippocratis studiosissimus, consilium susceperat, hanc editionem ut pararet, suis aliorumque studiis commodissimam. Libros ordine aptissimo digessit. Eos distinxit in Capita, secutus τὴν πόδας Cornarium ejusque Versionem, utpote doctis familiarem: non quod citra ullam reprehensionis aleam sit, sed ut vetustati hic bonos habeatur. Capita rursus in parva tmemata secuit. Hæc distinctio comparata est ad citandi, & citata inquirendi atque inveniendi, facilitatem. Utinam illis, qui auctores bonos primi excuderunt, id venisset in mentem, & doctis hominibus placuisset, quæ citant, notato loco citare; major esset studiorum facilitas & profectûs ubertas. Decreverat vir optimus & boni publici amantissimus imposterum Hippocratem & cum Hippocrate, & cum aliorum doctorum scriptis, & nominatim cum Celso, comparare, majori etiam, quam hactenus fecerat, diligentia, & suas Observationes singulari tomo cum Studiosis communicare. Eam curam & laudem alii relinqui voluit divina providentia. Cæterum, quantum potuit, operam dedit, ut Hippocrates à Studiosis promtissimè legi & intelligi posset. Igitur, quæ ad manum fuerunt, exemplaria, etiam manuscripta, diligentissimè contulit, doctorum animadversiones collegit, &, quæ optima ex iis judicavit, sæpe etiam cum doctis habita consultatione, in textum recepit; interpunctione plerumque sensum aperuit: ex conjectura minimum ausus est. Manuscripta multis pleraque scatere mendis, in confesso est. Ea satis ingenuè repræsentant primæ editiones. Doctis ea utiles sunt, ut inde judicent, quid legendum sit. Quando igitur boni auctores hoc fato usi sunt, & ita ad nos pervenerunt, ut non sine studio & judicio seu crisi legi possint, necesse est, vel nos eorum pleno fructu carere, vel accuratam & modestam minimeque temerariam in eis restituendis exerceri crisin. Sine cujus ope imperitioribus vetusta exemplaria ferè inutilia sunt. Ideò sint vetusta exemplaria in manu doctorum, iique ex illis, ut ex pulvere aurum, sapientia dicta & sensum auctorum eruant: at codices novi habeant correctionem non audacem, ad intelligentiam tironum. Cæterum nunc res ipsa postulat, ut, non solum Autoris, sed etiam hujus Editionis utilitatem propiùs Lectori patefaciamus. Neque enim credendum

dendum eſt, Cl. Viri ὃ μακαρίτης hanc fuiſſe mentem, ut omnes alias Hippocratis Editiones è doctorum manibus excuteret, ut hæc ipſius ſola Triumphum ageret; quin potius hoc operæ dedit, ut, qui prioribus editionibus eſſent inſtructi (præſertim quibus doctiſſimorum virorum, Zuingeri, Foëſii, Mercurialis, &c. adjuncta erant Commentaria) earum uſum ſibi redderent facilem & expeditum. Quod ſanè inventum Cl. Viri, ut eſt ſummè ingenioſum, ita etiam grata mente à Poſteris accipi & agnoſci par eſt. Hæc autem ſunt, ad quæ attendere oportet eum, qui cum fructu hanc Editionem manibus ſuis terere volverit.

Primò, quia Theodorus Zuingerus Baſileenſis, Anno 1579. evulgavit viginti duos Hippocratis libros, Tabulis & Commentariis judicioſiſſimis (ut loquitur ὁ μακαρίτης noſter Phyſiol. Med. p. 781.) illuſtratos; iccirco, ne illorum uſus intercideret, græco textui, ad initium cujuſque libri, exterius ponitur numerus, virgulâ ſubjuncta diſtinctus à proximè ſequenti. Indicat autem ille numerus, qua pagina in editione Zuingeriana incipiat libellus Hippocratis. Qui autem hanc Zuingeri editionem, ut auro contra æſtimandam (verba ſunt quæ ex ore ὃ μακαρίτης ſæpiſſimè audita ſunt) ita quoque rariſſimè inveniendam, poſſidet, illum numeri in textu Zuingeri denotati, ad ejuſdem commentarios, Tabulis inſparſos, manu ducent. Exemplo res evadet clarior. Liber primus de Diæta in hac editione extat p. 179. vol. 1. apud Zuingerum vero reperitur pag. 390. Liber de Natura pueri, in hac Editione incipit p. 133. ejuſd. vol. in Zuingero autem p. 150. Cum verò in paucissimos libros commentatus ſit Zuingerus, ubicunque in hac editione liber occurrit, quem Zuingerus non illuſtravit, ut eſt, ex. gr. liber de Humoribus, ibi ſolummodo ſcriptum eſt pag.

Deinde, quia in doctorum manibus paſſim verſatur Editio Græca, quæ Baſileæ prodiit ex officina Frobeniana Anno 1538. voluit ejus quoque rationem habere Cl. Autor. Eapropter in eodem latere externo ſiniſtrove hæc verba ſuperſcripta ſunt. Baſil. græc. Numeri autem ſubjecti, & quidem majores, paginam denotant dictæ Editionis; minores verò, perque quinarios diſtributi, reſpondent paginarum diviſioni: quæ tamen licet in exemplari Græco inſtituta ſit per decades, in hac Editione per Pentades facta eſt, ut facilius, quic-

Magni Hippocratis Coi Opera omnia graece et latine edita... industria ac ... - page 23 sur 917

quid occurrit, inveniri posit. Sic ex.gr. liber primus Popularium, *qui in hac Editione extat p. 653. in Frobeniana reperitur sub finem p.301. cui numero subjectus est alter 45. denotans, quadragesimam quintam paginæ regulam illic incipere. Si deinceps vertas paginam, invenies ad latus numerum 302. respondentem paginæ Frobenianæ. Et, quod monere insuper necesse est, in citato nostri exemplaris loco, h.e. p.654. juxta regulam appositam numero 302. & ante vocabulum χωῦνα, vides virgulam simplicem: quæ ubicunque occurrit, denotat, à tali vocabulo, quam juxta posita est, incipere Frobeniani exemplaris paginam.*

Tertio, *in medio paginæ, sub initium cujusque libri, vides scriptum esse* Foësius sect. *Hic est ille autor, quo passim nunc utuntur, quotquot Hippocratem Græcè & Latinè habere in suis pluteis desiderant, cùm nullum aliud, excepto Hippocrate Mercurialis, simile exstet exemplar. Foësius autem Hippocratem nova quidem versione decoravit, & plurimis notationibus variisque lectionibus illustravit, sed libros Hippocratis diversimodè in Classes sive Sectiones distribuit, præterquam ab aliis factum est. Quia autem geminæ extant Editiones una Francofurtana anni 1595. quæ paginas numerat ab initio cujusque sectionis, adeò ut ubi nova incipit sectio, ibi novum numerationis fiat exordium; altera Genevensis Anni 1656. quæ continuata serie paginas numerat à capite libri usque ad calcem; proinde duplex quoque numerus appositus est. Nam ex.gr. pag.415. vol.11. hujus editionis, extat* liber primus de Morbis mulierum, *in quem Zuingerus commentatus non est, propterea que à sinistro latere tantum scribitur pag. 231. Edit. Frobenianæ: in medio autem habentur hæc,* Foësius sect. v. 152. *intellige editionis Francofurtanæ, & 588. edit. Genevensis. Quos autem numeros positos vides medio inter textum Græcum & Latinum spatio, illi inserti sunt textui Foësiano, & respondent ejusdem notis, quas singulis sectionibus adjecit. Ut autem Lector unâ operâ cognoscere possit, in quasnam peculiariter voces Foësius commentatus sit, singulis appositæ sunt geminæ virgulæ " ex gr. in libro* de Affectionibus *pag. nostra 161. apparet Foësium commentatum esse in vocem χρὴ deinde in ἢ ὅταν τὸ φλεβὸς. & sic porro.*

Quarto, *quoniam Hieronymus Mercurialis primus Hippocratem græco-*

græco-latinum edidit Venetiis 1588. in fol. & novo, ſibique peculiari ordine in quatuor Claſſes digeſſit, hinc eſt, quod videamus in externo margine textus Latini, ſub initium cujuſque libri, appoſitum eſſe Numerum Romanum, qui deſignat Sectionem, & ſub eo numerum Barbaricum, qui deſignat paginam, in qua, apud Mercurialem, Hippocratis libellus reperiri poſit. Sic ex.gr. in noſtra Editione liber de Fracturis reperitur pag. 708. vol. 11. in edit. Baſil. Græca idem reperietur pag. 456. apud Foëſium verò ſect. VI. pag. 15. aut 750. in editione autem Mercurialis ſect. 1. pag. 259. ſub quo numero ſubducta eſt virgula, ſeparans & diſtinguens eum à numeris ſubjectis.

Quinto notandum, prodiiſſe quoque ex officina Frobeniana Anno 1546. Editionem Latinam majuſculo charactere, in fol. ex verſione Cornarii. Hæc quoque noſtræ adaptata eſt, ejuſque paginæ, circa initium cujuſque libri, ſtatim tranſverſa virgula (-) ſunt notatæ. Numeri autem, qui ſequuntur, per Pentadas expreſsi, & ſæpe ultra trecenteſimum excurrentes, denotant diſtributionem regularum, non quidem paginæ, ſed totius contextus ab initio libri uſque ad finem. Licet autem in illa Frobeniana editione Latina (ut factum quidem eſt in Græca) numeri illi ad marginem appoſiti non ſint, integrum tamen eſt ei, cui vacat, eos apponere. Præterea, in Latino noſtræ Editionis textu è regione numerorum, ſimplex virgula ' quibuſdam vocabulis appoſita eſt, deſignans ab illa voce regulam in Frobeniano exemplari incipere, ex.gr. Liber de Vulneribus capitis in noſtra Editione habetur pag. 687. vol. 2. in Baſil. græc. pag. 445. in Foëſio ſect. VI. pag. 172. aut 895. in Mercuriali ſect. 1. pag. 242. in Baſil. Lat. pag. 590. in quâ linea quinta incipit à voce parum, decima à dicendum & ſic porrò. Vnum notare ſpecialiter convenit: quòd in hac editione multi libri in ſectiones ſunt diremti, qui tamen continuata textus ſerie in edit. Baſil. Lat. ſcribuntur. ex.gr. Liber de Locis in homine incipit in noſtra editione pag. 363. vol. 1. in Zuingero pag. 343. in Baſil. Græc. pag. 63. in Foëſio ſect. IV. pag. 78. aut 407. in Mercurialis edit. ſect. II. pag. 1. in Baſil. Lat. pag. 88. cujus linea 5. incipit magis, 10. ſtatim. continuantur hi regularum numeri uſque ad num. 320. quem reperies apud nos pag. 381. ubi ſimul vides poſitum eſſe numerum Romanum II. qui indicat, ſecundam libri

de

de Locis in homine ſectionem hic incipere, & ſimul numerationem à principio inchoari. Idem in aliis libris occurret.

Ultimò, *quandoquidem laborioſiſsimus Foësius edidit* Oeconomiam Hippocratis *Francofuri impreſſam anno* 1588. *quod eſt veluti Lexicon præcipuarum atque obſcuriorum dictionum apud Hippocratem, quemque utiliſsimum Laborem ὁ μακαρίτης noſter continuare atque augere in animo habebat, ideò voluit etiam, ut novæ huic editioni Oeconomia Foësii uſui eſſe poſſet. At verò magna ſe hic obtulit difficultas. Etenim Foësius, ut (quamvis paulo obſcurioribus verbis) in præfatione fatetur, citat quidem paſsim Codicem Græcum Frobenianum, juxta paginarum & linearum ſeriem: ubicunque autem citat verba librorum Hippocratis, in quos Galenus commentatus eſt* [*quales ſunt* de Natura hominis. De ratione victus ſalubris. De ratione victus acutorum morborum. Prænotiones. Prædictiones. Aphoriſmi. De morbis paſſim graſſantibus liber primus, tertius, ſextus. De fracturis. De articulis. De Medici Vulnerarii munere. *Qui extant tomo quinto operum Galeni Græcè editorum Baſileæ* 1538.] *neceſſe eſt Lectorem adire, eaque loca quærere in tomo iſto quinto operum Galenicorum: quod opus quia non omnibus in promtu eſt, ideò dedimus operam, ne quid hac in parte Studioſis Hippocratis deeſſet. Ex. gr. occurrit in Oeconomia Foësii pag.* 267. *ſub litt.* Θ, *vox* θεῖον. *allegat Foësius librum Hippocratis de Natura Muliebri pag.* 213. *l.* 40. *Ex indice autem librorum Hippocratis ad calcem adjecto patet, eum librum reperiri in noſtra Editione pag.* 358. *vol.* 11. *ubi ſimul reperies, in edit. Græc. Baſileenſi librum incipere pag.* 213. *atque eadem opera, è regione numeri* 40. *vocem illam* θεῖον *ſcriptam videbis. Cum verò allegatur regula, quæ intra quinarium numerum eſt poſita. ex. gr. pag.* 15. *lin.* 34. *lib. de Decenti Ornatu: quo loco extat vocabulum* καθαρσίων. *Quæro in noſtra Editione, ubi invenio pag.* 15. *Frobenii incipere à verbis* ἢ ἀλγέ, *lineam autem* 34. *Frobenianam apud nos incipere pag.* 55. *Oportet autem, propter noſtrarum regularum brevitatem, conjectura quadam aſſequi, quo loco talis vel talis regula, extra vel intra quinarium numerum poſita, incipiat. Hanc ſaltem moleſtiam cogitur devorare Lector, ut neceſſe ipſi ſit textum Græcum ab uno quinario in alterum legere, donec voca-*

vocabulum à Foësio in Oeconomia citatum ipsi occurrat. Quod vero concernit voces occurrentes in libris Hippocratis, in quos Galenus commentatus est, in iis inquirendis paulò major est difficultas. Non enim tam præcisè paginarum numerus in nostra Editione potuit iisdem adaptari. Vt autem & hac in parte studium Lectoris juvemus, hoc damus ipsi consilium, donec melius aliquod tempus nobis suggesserit. Primo, ut titulos eorum librorum (sunt enim pauci) memoria teneat, aut saltem eorum brevem Indicem ob oculos habeat. Deinde, recurrat ad Tabellam in fine libri ante Indicem positam, quæ ostendet, quibusnam paginis tomi quinti operum Galeni respondeant paginæ Codicis Frobeniani, & consequenter numeri laterales ad marginem textus Græci extrinsecus in hac nostra Editione appositi, & per πεντάδας distributi. Ex. gr. in tabella habetur.

Hippocrat. de Fracturis.

Frob.	Gal.	
pag.	*pag.*	*lin.*
456. — — — —	526.	penult.
457. — — — —	528.	56.
458. — — — —	533.	13.

quo significatur, lin. penult. 526. item lin. 56. pag. 528. & lin. 13. pag. 537. incipere in Frobenio pag. 456. 457. 458. Quod si illum numerum in nostra editione inquisiveris, idem comperies. Vt autem vox in Foesii Oeconomia citata Lectori occurrat, necesse est ipsum legendo percurrere totam paginam, i.e. à numero nostro laterali 456. legere usque ad num. 457. & sic porro. Hactenus enim præcisè magis id exprimendi, nobis non occurrit ratio: quam ubi invenerimus, Studioso Lectori communicabimus. Vides autem sæpe (& hoc auget difficultatem) uni paginæ Frobenianæ plures Galeni paginas respondere, ut ex. gr. in lib. de Rat. Victus acutorum morborum.

369. — — — —	41. — —	24.
370. — — — —	49. — —	17.
371. — — — —	56. — —	11.

inter pag. 369. & 370. intercedunt octo pag. Galenicæ, inter pag. 370.

370. & 371. *intercedunt paginæ ſeptem. Quicquid igitur octo, & ſeptem illis paginis Galenicis continetur, in una pagina extat Frobeniana. Vt autem Lector ſciat hujus differentiæ rationem, eam hanc damus: quia reliquum paginæ in Galeni Editione Bebeliana occupatur à commentariis, ad quos Oeconomia nos nequaquam remittit, ubi verba Hippocratis, in quæ Galenus commentatus eſt, allegat, ſed ad ipſum textum Hippocratis majuſculis litteris in dicta editione Galenica expreſſum. Cætera Lector ſuo marte haud difficulter inveniet.*

Ferè exciderat, poſſe quoque hanc noſtram Editionem inſervire iis, qui Petri Matthæi Pini *Indicem in Hippocratis opera, Venetiis impreſſum Anno* 1597. *poſident. Hic ſanè Pinus in Præfatione ad Lectorem non obſcure indicat, hunc à ſe confectum eſſe, primò ut reſponderet Operibus Hippocraticis Baſileenſibus Latinis: deinde, ſe cogitaſſe eum ita componere ut aliis quoque Editionibus omnibus adaptari poſſit. Quamobrem, ait, non paginas operis, ſed verſus cujuſlibet libri ſe citaſſe. Sed bonus ille vir, (non malè alioquin de Hippocrate meritus) non animadvertit, nullam Editionem extare, in qua verſibus aut particulis Numeri ſint adjuncti; quod illi faciendum eſſet, qui ad dictam Baſileenſem, aut aliam quamcunque, vellet Indicem Pini adhibere. Deinde, non cogitavit, ab aliis quoſdam libros in Sectiones diſtingui, (quod ſupra à nobis demonſtratum eſt in monito* Quinto) *quibus tamen ſectionum diſtinctionibus illud Baſileenſe exemplar caret. Nunc vero repertus eſt commodiſſimus utendi hoc Indice modus. Qui enim numeri deſignantur à Pino, illos quærere oportet in Numeris, lateri verſionis Latinæ appoſitis, ibique in textu juxta poſito deſignatus à Pino locus reperietur. Exemplo idem clarum fiet. quære in Pino ſub lit. H.* Humiditas alimenti vehiculum. *videbis allegari locum in* lib. de Alim. v. 120. *quære itaque in hac noſtra lib. de Alimento pag.* 592. *vol.* 1. *& invenies ſub finem libri numerum* 120. *& paulo poſt eadem verba.*

Mirabitur forſan Lector, quòd tam in Græco noſtro textu, quàm Latino, Numeros ſibi reſpondentes inveniat; ſed id factum eſt, partim ut prodeſſet imperitioribus, qui Græca ſine interprete legere haud norunt (Illi enim principium ſenſus in Græco & Latino ſibi invicem reſpondere

spondere facilè hoc pacto invenient,) partim doctioribus inserviet qui aliquando propius locum à se allegatum designare cupient, aut iis, qui notas & commentaria ad Hippocratem aliquando scribere satagent, quod μακαρίτης noster (cujus præmaturam lugemus mortem,) semper in votis habebat.

Ne id quidem latere Lectorem debet, quasdam particulas, quæ in aliis editionibus in alienum locum translatæ fuerant, in hac editione γνησιώτερος & genuinis restitutas esse. Quæ enim in fine libelli περὶ σαρκῶν *habentur in Frobeniano Codice pag. 43. lin. 30. quorum initium est:* ὁ δ' αἰὼν ἐστι, *usque ad finem; ea hac editio habet vol. 1. pag. 312. sub titulo:* περὶ αἰῶνος. *Quæ in Frobeniano exemplari habentur pag. 74. lin. 6. in extremo libri* περὶ τόπων τῶν κατ' ἄνθρωπον, *inde usque ad libri calcem, in hac editione posita sunt in initio lib. de morbis mulierum vol. 11. pag. 526. Verba sic incipiunt:* αἱ ὑστέραι πάντων τῶν νοσημάτων αἴτιαί εἰσι. *Iterum Frobenius pag. 75. lin. 34. in lib.* περὶ ἀέρων, ὑδάτων, τόπων *asteriscum* * *ponit, post quem editio nostra inserit ea, quæ reperiuntur pag. 452. lin. 27. incipiuntque ab his verbis,* καὶ ὀκόσαι μὲν τῶν πολέων, *usque ad lin. 15. pag. 456. quibus præterea immediate subjunguntur, quæ Frobenius habet pag. 451. lin. 37. ab his verbis,* ὅτι τὸ παχύτατον καὶ χολωδέστατον, *usque ad verba* ταῦτα τὰ νοσήματα ὅτι πίπλην. *Post quæ sequi debent illi textus, qui in Frobenio post asteriscum ponuntur. Ea namque aptiùs repræsentantur vol. 1. pag. 341. in lib.* περὶ ἀέρων ὑδάτων καὶ τόπων, *utpote huc magis pertinentia. Quæ Frobenius habet pag. 505. lin. 24. in initio Mochlici ab his verbis incipientia* ὁσίων φύσις *usque ad p. 506. lin. 8. inclusivè; & hæc verba* ὑπέφυκε καὶ περαίνεται, *ea translata sunt ad principium libelli de Ossium Natura, quem pag. 98. lin. 42. apud Frobenium, in nostra verò editione pag. 294. reperies: adeo ut principium Mochlici incipiat ab his verbis* ἧς δὲ καλεαγέσι. *Sed, quæ in Frobenio habentur pag. 58. lib.* περὶ ὁσίων φύσιος, *in lin. 46. & sic incipiunt,* τὸ δὲ σπέρμα, *ab iis incipit libellus Hippocratis* περὶ φλεβῶν *seu de Venis in nostra editione inscriptus. Atque hæc sunt præcipuè, quæ possint videri loco mota. Unum superest. Quandoquidem omnes editiones Hippocratis longis vocalibus, ubi id analogia postulat,* τὸ ἰῶτα *non sub-*

ſubſcribitur, ideò id etiam in hac editione neglectum eſt. Infiniti laboris fuiſſet, eum defectum explere, & non neceſſarii. Neque enim ad Hippocratis lectionem accedunt pueri & rudes initiorum linguæ Græcæ.

Atque hæc, Amice Lector, te monendum duximus, ut & Editoris ſtudium juvandi grata memoria & benedictione nominis ipſius proſequaris, & hujus exemplaris uſum laculentum agnoſcens, Hippocratis ſapientia & doctrina affatim fruaris, imò, quantum pote, ex ipſius fontibus deductos rivos uberrimos ad plurimorum utilitatem ſtudio tuo (longè faciliori impoſterum futuro) effundas. Vale, & memoriæ ejus, qui tua cauſa laboravit & ſibi non pepercit, fave.

HIPPO-

HIPPOCRATIS,

Quæ duobus iſtis voluminibus exhibemus,
Alia ſunt

Τεχνικὰ: eaque vel
. liberalia. quæ continent
. . σκολιογράφια, de
. . . Arte medicina:
. . . . εἴ ἐστι: DE ARTE. 1.
. . . . πῶ ἐστι: DE VETERI MEDICINA. 14.
. . . Artifice medico:
. . . generatim,
. . . , theorice: LEX. 40.
. . . . practice: IVSIVRANDVM. 42.
. . . ſpeciatim,
. . . tirone: DE MEDICO. 44.
. . . provecto, quod ad
. . . perſonam: DECENTI ORNATV. 52.
. . . officium: PRÆCEPTIONES. 60.
. . σκολιογράφια
. . universalia: APHORISMI. 68.
. . particularia: de
. . Subjecto, ejuſque
. . . ortu,
. . . . philoſophice: DE PRINCIPIIS aut CARNIBVS. 118.
. . . . medice, ut
. . . . in utero
. . . . . concipitur: DE GENITVRA. 124.
. . . . . geſtatur DE NATVRA PVERI. 133.
. . . . in lucem editur tempore
. . . . legitimo: DE SEPTIMESTRI.
. . . . . νόθον. 165.
. . . . . γνήσιον. 167.
. . . . non-legitimo: DE OCTIMESTRI. 175.
. . . ſtatu,
. . . promiſcue, naturali & præternaturali, DE DIÆTA. I. 179. II. 210. III. 241.
. . . diſtincte, tum
. . . naturali, quod ad
. . . . conſtitutionem, ejuſque
. . . . . exiſtentiam: DE NATVRA HVMANA. 263.
. . . . . eſſentiam,
. . . . . univerſim, & quidem
. . . . . theorice: DE NATVRA HOMINIS. 284.
. . . . . practice &
. . . . . generalius: DE STRVCTVRA HOMINIS. 284.
. . . . . ſpecialius: DE RESECTIONE. 287.
. . . . particularim,
. . . . DE CORDE. 289.
. . . . DE OSSIVM NATVRA. 294.
. . . . DE VENIS. 297.

*** dura-

. . . durationem: DE ÆTATE. 312.
. . . Fragmentum ex Philone. 314.
. . præternaturali, ejuſque
. . affectionibus: DE HVMORIBVS. 315.
. . cauſis
. . . externis: DE AERIBVS, AQVIS, ET LOCIS. 327.
. . . internis:
. . . DE LOCIS IN HOMINE. 363.
. . . DE FLATIBVS. 399.
. . . DE GLANDVLIS. 414.
. . ſignis, in
. . genere
. . externis: DE SIGNIFICATIONE VITÆ ET MORTIS. 414.
. . internis: DE DIEBVS IVDICATORIIS. 432.
. . ſpecie, & vel
. . promiſcue, quod ad Morborum
. . . motum: DE IVDICATIONIBVS. 438.
. . . eventum,
. . . diexodice:
. . . . PRÆNOTIONES. 447.
. . . . PRÆDICTIONES. I.471. II.487.
. . . aphoriſtice: COACÆ PRÆNOTIONES. 522.
. . diſtincte: DE DENTITIONE. 590.
. . Inſtrumentis
. . . diæteticis: DE ALIMENTO. 592.
. . . pharmaceuticis, tum
. . ſimplicibus:
. . . DE HVMIDORVM VSV. 599.
. . . DE PVRGANTIBVS. 607.
. . . DE VERATRI VSV. 610.
. . compoſitis:
. . ANTIDOTVS ex
. . Actuario. 612.
. . Nic. Alexandrino. 614.
. . . chirurgicis: OFFICINA MEDICI. 614.
. . Fine faciendo: ſive de
. . ſanitate tuenda, vel
. . . omnium:
. . . . DE SALVBRI DIÆTA. 626.
. . . . DE INSOMNIIS. 633.
. . . unius:
. . . DEMETRII. 645.
. . . ANTIOCHI. 646.
. . . MOECENATIS. 650.
. . Morbis curandis
. . promiſcue: EPIDEMIA. I.653. II.684. III. 712. IV. 742. V.766. VI.798. VII.824.
. . diſtincte ac
. . generatim:

VOL. II.

. . . DE MORBIS. I. 1. II. 36. III. 96. IV. 120.
. . . DE AFFECTIONIBVS. 161.

ſpeciatim

ſpeciatim
internis, cum
communibus cuicumque ſexui:
DE INTERNIS AFFECTIONIBVS. 196.
DE VICTV ACVTORVM. 268.
DE MORBO SACRO. 324.
DE INSANIA. 345.
DE HÆMORRHOIDIBVS. 347.
DE VISV. 551.
propriis
virginibus: DE VIRGINVM MORBIS. 555.
nuptis, tum
ſterilibus: DE STERILIBVS. 615.
fertilibus:
DE NATVRA MVLIEBRI. 358.
DE MORBIS MVLIERVM. I. 415. Notha. 520. II. 526.
DE SVPERFOETATIONE. 645.
DE FOETVS EXSECTIONE. 662.
externis:
DE VLCERIBVS. 664.
DE FISTVLIS. 680.
DE CAPITIS VVLNERIBVS. 687.
DE FRACTVRIS. 708.
DE ARTICVLIS. 756.
VECTIARIVS. 851.
illiberalia: VETERINARIA. 875.
ἄξω τ πέχνης: eaque vel
adſcripta, & quidem
quaſi ſua:
EPISTOLÆ. quarum aliæ
de ſe:
ARTAXERXES ad PÆTVM. 896.
PÆTVS ad ARTAXERXEM. 897.
ARTAXERXES ad HYSTANEM. 898.
HYSTANES ad ARTAXERXEM. 899.
ARTAXERXES ad COOS. 899.
COI ad ARTAXERXEM. 899.
ad ſe & à ſe:
HYSTANES ad HIPPOCRATEM. 900.
HIPPOCRATES ad HYSTANEM. 900.
ad DEMETRIVM. 901.
ABDERITÆ ad HIPPOCRATEM. 901.
HIPPOCRATES ad ABDERITAS. 904.
ad PHILOPOEMENEM,
prior: 906.
poſterior: 908.
ad DIONYSIVM. 910.
ad DAMAGETVM,
prior: 911.
poſterior: 913.
ad CRATEVAM. 918.
ad DEMOCRITVM. 933.
DEMOCRITVS ad HIPPOCRATEM. 931.
HIPPOCRATES ad THESSALVM. 933.

ORATIO ad ARAM. 935.
aliorum
pro ſe:
DECRETVM ATHENIENSIVM. 936.
THESSALI ORATIO AD ATHENIENSES. 937.
de ſe: VITA & GENVS, ex
SORANO. 951.
VARIIS. 956.
deſcripta:
FRAGMENTA & ELOGIA
VARIORVM. 978.
GALENI. 994.
CONTRADICTA & DEFENSA.
CONTRADICTIONES.

LEC-

ELENCHUS

Librorum in Primo Volumine Hippocratis contentorum.

I.	ΠΕΡΙ Τέχνης.	De *Arte.*	1
II.	Περὶ Ἀρχαίης ἰητρικῆς.	*De veteri Medicina.*	14
III.	Νόμος.	*Lex.*	40
IV.	Ὅρκος.	*Jusjurandum.*	42
V.	Περὶ Ἰητροῦ.	*De Medico.*	44
VI.	Περὶ Εὐσχημοσύνης.	*De Decenti ornatu.*	52
VII.	Παραγγελίαι.	*Præceptiones.*	60
VIII.	Ἀφορισμοί.	*Aphorismi, I.*	68
IX.	Περὶ Ἀρχῶν ἢ Σαρκῶν.	*De Principiis aut Carnibus.*	112
X.	Περὶ Γονῆς.	*De Genitura.*	124
XI.	Περὶ Φύσιος Παιδίου.	*De Natura pueri.*	133
XII.	Περὶ Ἑπταμήνου, νόθον.	*De Septimestri, liber spurius.*	165
XIII.	Περὶ Ἑπταμήνου γνήσιον.	*De Septimestri, liber genuinus.*	167
XIV.	Περὶ Ὀκταμήνου.	*De Octimestri partu.*	175
XV.	Περὶ Διαίτης, τὸ πρῶτον.	*De Dieta, liber I.*	179
XVI.	τὸ δεύτερον.	*lib. II.*	210
XVII.	τὸ τρίτον.	*lib. III.*	241
XVIII.	Περὶ Φύσιος Ἀνθρώπου.	*De Natura humana.*	263
XIX.	Δημόκριτος Ἱπποκράτει περὶ Φύσιος ἀνθρώπου.	*Democritus Hippocrati de natura humana.*	281
XX.		*Hipp. de structura hominis.*	284
XXI.	Ἱπποκρ. περὶ Ἀνατομῆς.	*De Resectione.*	287
XXII.	Περὶ Καρδίης.	*De Corde.*	289
XXIII.	Περὶ Ὀστέων Φύσιος.	*De Ossium natura.*	294
XXIV.	Περὶ Φλεβῶν.	*De Venis.*	297
XXV.	Περὶ Αἰῶνος.	*De Ætate.*	312
XXVI.	Περὶ Αἰῶνος τμῆμα.	*De Ætate fragmentum.*	314
XXVII.	Περὶ Χυμῶν.	*De Humoribus.*	315
XXVIII.	Περὶ Ἀέρων ὑδάτων, τόπων.	*De Aëribus, aquis, locis.*	327
XXIX.	Περὶ τόπων τῶν κατ' Ἄνθρωπον.	*De Locis in Homine.*	363

XXX.	Περὶ Φυσῶν.	*De Flatibus.*	399
XXXI.	Περὶ Ἀδένων.	*De Glandulis.*	414
XXXII.		*De Significatione vitæ & mortis.*	421
XXXIII.	Περὶ Κρισίμων.	*De diebus Judicatoriis.*	432
XXXIV.	Περὶ Κρίσεων.	*De Judicationibus.*	438
XXXV.	Προγνωστικὸν.	*Prænotiones.*	447
XXXVI.	Προῤῥητικὸν. ἀ.	*Prædictorum lib. I.*	471
XXXVII.	τὸ δεύτερον.	*lib. alter.*	487
XXXIIX.	Κωακὴ προγνώσις.	*Coacæ Prænotiones.*	521
XXXIX.	Περὶ Ὀδοντοφυΐης.	*De Dentitione.*	590
XL.	Περὶ Τροφῆς.	*De Alimento.*	592
XLI.	Περὶ ὑγρῶν χρήσιος.	*De Humidorum usu.*	599
XLII.	Περὶ Φαρμάκων.	*De Purgantibus.*	607
XLIII.	Περὶ Ἐλλεβορισμοῦ.	*De Veratri usu.*	610
XLIV.	Ἀντίδοτος.	*Antidotum.*	612
XLV.	Ἀντίδοτος ἄλλη.	*Antidotum aliud.*	614
XLVI.	Καθ' Ἱητρεῖον.	*Officina Medici.*	614
XLVII.	Περὶ Διαίτης ὑγιεινῆς.	*De salubri Dieta.*	626
XLVIII.	Περὶ Ἐνυπνίων.	*De Insomniis.*	633
XLIX.	Ὑγιεινὸν πρὸς Δημήτριον.	*De Sanitate tuenda, ad Demetrium.*	
L.		*ad Antiochium.*	646
LI.		*ad Mœcenatem.*	650
LII.	Ἐπιδημιῶν α'.	*Popularium Lib. I.*	653
LIII.	τὸ δεύτερον.	*Lib. II.*	684
LIV.	τὸ τρίτον.	*Lib. III.*	712
LV.	τὸ τέταρτον.	*Lib. IV.*	742
LVI.	τὸ πέμπτον.	*Lib. V.*	766
LVII.	τὸ ἕκτον.	*Lib. VI.*	796
LVIII.	τὸ ἕβδομον.	*Lib. VII.*	824

ELEN-

ELENCHUS

Librorum in Secundo Volumine Hippocratis contentorum.

LX.	Περὶ Νούσων. α'.	*De Morbis liber primus.*	
LXI.	τὸ δεύτερον.	*secundus.*	361
LXII.	τὸ τρίτον.	*tertius.*	96
LXIII.	τὸ τέταρτον.	*quartus.*	120
LXIV.	Περὶ Παθῶν.	*De Affectionibus.*	161
LXV.	Περὶ τῶν ἔσω Παθῶν.	*De Internis Affectionibus.*	196
LXVI.	Περὶ Διαίτης Ὀξέων.	*De Victu Acutorum.*	268
LXVII.	Περὶ Ἱερῆς Νούσου.	*De Morbo Sacro.*	324
LXVIII.	Περὶ Μανίης.	*De Insania.*	345
LXIX.	Περὶ Αἱμορῥοίδων.	*De Hæmorrhoidibus.*	347
LXX.	Περὶ Ὄψιος.	*De Visu.*	351
LXXI.	Περὶ Παρθενίων.	*De Virginum Morbis.*	355
LXXII.	Περὶ Γυναικείης φύσιος.	*De natura Muliebri.*	358
LXXIII.	Περὶ Γυναικείων τὸ ά.	*De Morbis Mulierum liber I.*	415
LXXIV.	Νόθα ἢ Προσκεφάλαια περὶ γυναικείων βιβλίς ά.	*De Morbis mulierum Notha seu Adjecta.*	520
LXXV.	Περὶ Γυναικείων τὸ β'.	*De Morbis Mulierum liber II.*	526
LXXVI.	Περὶ Ἀφόρων.	*De Sterilibus.*	615
LXXVII.	Περὶ Ἐπικυήσιος.	*De Superfœtatione.*	645
LXXVIII.	Περὶ Ἐκβολῆς Ἐμβρύου.	*De Exsectione fœtus.*	662
LXXIX.	Περὶ Ἑλκῶν.	*De Ulceribus.*	664
LXXX.	Περὶ Συρίγγων.	*De Fistulis.*	680
LXXXI.	Περὶ τῶν ἐν κεφαλῇ τρωμάτων.	*De Capitis Vulneribus.*	687
LXXXII.	Περὶ Ἀγμῶν.	*De Fracturis.*	708
LXXXIII.	Περὶ Ἁρθρων.	*De Articulis.*	756
LXXXIV.	Μοχλικός.	*Vectiarius.*	851
LXXXV.	Ἱππιατρικά.	*Veterinaria.*	875
LXXXVI.	Ἐπιστολαί.	*Epistolæ.*	896
	Ἀρταξέρξης Πατρί.	*Artaxerxes ad Patrem.*	896
	Πατὴρ Ἀρταξέρξῃ.	*Pater ad Artaxerxem.*	897

Arta-

Ἀρταξέρξης Ὑστάνῃ.	*Artaxerxes ad Hyſtanem.*	888
Ὑστάνης Ἀρταξέρξῃ.	*Hyſtanes ad Artaxerxem.*	899
Ἀρταξέρξης Κώοις.	*Artaxerxes ad Coos.*	899
Ἀποκρισις Κώων.	*Coi ad Artaxerxem.*	899
Ὑστάνης Ἱπποκράτει.	*Hyſtanes ad Hippocratem.*	900
Ἱπποκράτης Ὑστάνῃ.	*Hippocrates ad Hyſtanem.*	900
Δημητρίῳ.	*ad Demetrium.*	901
Ἀβδηρῖται Ἱπποκράτει.	*Abderitæ ad Hippocratem.*	901
Ἱπποκράτης Ἀβδηρίτ.	*Hippocrates ad Abderitas.*	904
Φιλοποίμενι, α'.	*ad Philopœmenem. I.*	906
Φιλοποίμενι, β'.	*poſterior.*	908
Διονυσίῳ.	*ad Dionyſium.*	911
Δαμαγήτῳ, α'.	*ad Damagetum, prior.*	910
Δαμαγήτῳ, β'.	*poſterior.*	913
Κρατεύᾳ.	*ad Cratevam.*	928
Δημόκριτος Ἱπποκράτει.	*Democritus ad Hippocratem.*	931
Ἱπποκράτης Δημοκρίτῳ.	*Hippocrates ad Democritum.*	933
ἀπὸς τ ὑὸν Θεσσαλὸν.	*ad Theſſalum F.*	934
Ἐπῳδὴ ἀμῳ.	*Oratio ad aram.*	935
Ψήφισμα Ἀθηναίων.	*Decretum Athenienſium.*	936
Πρεσβευτὴς Θεσσαλῶν.	*Theſſali Oratio ad Athenienſ.*	937
LXXXVII. Ἱπποκράτους γένος καὶ βίος καὶ Σωρανοῦ, καθ' ἄλλους.	*Genus & Vita Hippocratis ex Soranо. 951. ex variis.*	956
LXXXVIII. Τομαὶ καὶ Ἐγκώμια ὅτε τ Ἰατρῶν καὶ μὴ Ἰατρῶν.	*Fragmenta & Elogia ex Authoribus medicis & non medicis.*	978
LXXXIX. Ὁμολογούμενα ἐκ τῶν Γαλήνου.	*Conſentientia ex Galeno.*	994
XC. Ἀντιλεγόμενα καὶ Ἀπολογούμενα.	*Contradicta & Defenſa.*	1012

ΙΠΠΟ-

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΤΕΧΝΗΣ.

HIPPOCRATIS DE ARTE.

Basil. græc. Foesius sect. 1.2.2. Basil. lat.

1 pag. 1 ΕΙΣΙ " πνες, οἱ τέχνην πατρίλλω), 1 τὸ τὰς τέχνας αἰσχροπρεπέα· 2 ὡς μὲν οἶον), ἐ τοῦτο δοκέω, ἀλλ' ἰσορέης οἰκείης ἐπίδειξιν ποιεύμενοι. 4 "ἐμοὶ δ' τὸ μὲν πᾶν τῶν μὴ εὑρημένων ἐξευρέσκειν, ὅ, τι καὶ εὑρεθὲν κρέσσον ἢ ἀνεξεύρετον, ξυνίσιν δοκέω ἐπιθυμημά τι καὶ ἔργον εἶναι· 5 τὸ δὲ τὰ ἡμίεργα ἐς τέλος ἐξεργάζεσθαι ὡσαύτως. 6 τὸ δὲ λόγων ἐ κακῶν τέχνη τὰ τοῖς ἄλλοις εὑρημένα ἐκχωρέειν εὐθυμίεσθαι, ἐπαινορθοῦντα μὲν μηδέν, 7 ἁμαρτάνοντα δὲ τὰ τῶν εἰδότων ἐς τοὺς μὴ εἰδότας ἐξενρημένα, δοκέει μοι δοκέειν ξυνίσιν ἐπιθυμημά τι καὶ ἔργον εἶναι, 8 "ἀλλὰ κακοτεχνίη μᾶλλον φύσιος, ἢ ἀτεχνίης. 9 μούνοισι γὰρ τοῖσιν ἀτέχνοισιν ἥ ἐργασίη αὕτη δόμος ἔζει, 10 φιλοτιμευμένων μὲν, ἐδαμῶς δ' δυναμένων κακίης ὑπερβάλλειν, 11 εἰς τὸ τὰ τῶν πέλας ἔργα ἢ ὀρθοῦν ἐ ἐνίοτε ἁμαρτάνειν. ἢ δοκέει μοι μανίεσθαι. 12 τοὺς μὲν ἐν ἐς τὰς ἄλλας τέχνας τούτῳ τῷ τρόπῳ ἐμπίπτοντας, εἰσὶ μέλλει τι, καὶ σὺ εἰς μέλλει, εἰ δυνάμενοι κω-

γπα· [2] μῆκος, ὅση ἡ ἐπίδεσις· [3] πλάτος τριῶν ἢ τεσσάρων δακτύλων· [4] πάχος τρίπλοκα ἢ τετράπλοκα. [5] πλῆθος, κυκλευόντες μὴ ὑπερφαίνηται, μηδὲ ἐκλείπῃ. [6] οἷσι δὲ ἐς διάρθωσιν, μῆκος κυκλευόντες, [7] πλάτος [δὲ] καὶ πάχος τῇ εὐδείῃ τεκμήρεσθαι, μηδὲ ἀθρόα πληροῦντες. [8] τῶν δὲ ὑποδημάτων ὑποδεσμίδες εἰσὶ δύο. [9] ἡ μὲν πρώτη ἀπὸ τοῦ σίνεος ἐς τὰ ἄνω πλαδυτῶσι· [10] τῇ δὲ δευτέρῃ, ἀπὸ τοῦ σίνεος ἐς τὰ κάτω. [11] καὶ τὸ σῖνος πίεζειν μάλιστα, ἥκιστα τὰ ἄκρα, τὰ δὲ ἄλλα κατὰ λόγον. [12] ἡ δὲ ἐπίδεσις πλὴν τοῦ ὑγιέος ἁπάντων λαμβάνεται. [13] ἐπιδέσεων δὲ πλῆθος, μῆκος, πλάτος. [14] πλῆθος μὲν, μὴ ὑποδεῖσθαι τοῦ σίνεος, μηδὲ ῥάῤῥηξιν ὑπέρθεσιν εἶναι, μηδὲ ἄγχος, μηδὲ ἀπόῤῥυψιν, μηδὲ ἀπόκλισιν. [15] μῆκος δὲ καὶ πλάτος, τριῶν ἢ τεσσάρων ἢ πέντε ἢ ἓξ πήχεων μὲν μῆκος, δακτύλων ἢ πλάτος. [16] καὶ παρατείνεσθαι ἀπόδεσιν τοσαύτην, ὥστε μὴ πιέζειν. [17] μαλθακὰ δὲ, μὴ παχέα. [18] τοιοῦτα πάντα ὡς ἐπὶ μήκει καὶ πλάτει καὶ πάχει ἅπαντα ἐστίν.

IX. Ῥάβδοι δὲ λεῖαι, ὁμαλοὶ, σταθμοί· [2] κατ' ἄκρα σμικρῷ μείους ἔνθεν καὶ ἔνθεν τῆς ἐπιδέσιος· [3] παχύτατοι δὲ, ἢ ἐξάρτια τὸ κάτημα. [4] ἀκάτα δὲ κυρτὰ καὶ ἄστεγα φύσει, φυλασσομένων τῶν ὑπερεχόντων, οἷον τὰ καμπὶ δακτύλων ἢ σφυρὰ, τῇ ῥάβδῳ, ἢ τῇ βραχύτητι.

multitudines. [2] Longitudo, quanta eſt deligatio. [3] Latitudo, quatuor aut trium digitorum. [4] Craſſitudo, ut triplices aut quadruplices ſint. [5] Multitudo, ut dum circundantur, non excedant, neque deficiant. [6] Quibus vero ad directionem, in longitudinem circumdando, [7] latitudinem ac craſſitudinem defectu conjectare oportet, ita ut non acervatim expleamus. [8] At vero linteorum ſubligationes duæ ſunt, [9] prima ex loco læſo ad ſupernas partes definit: [10] altera ex loco læſo, ad infernas. [11] Juxta locum affectum maxime comprimere oportet: minime extremas partes: reliqua vero pro ratione. [12] Deligatio autem multam ſani loci partem occupet. [13] Deligamentorum multitudo, longitudo, latitudo. [14] Multitudo quidem, ut ne ſuperetur à loco læſo, neque per ferulas illiſio fiat, neque pondus, neque circumcirca inclinatio, neque effœminatio deligamenti contingat. [15] Longitudo vero & latitudo, trium aut quatuor, aut quinque aut ſex cubitorum quidem longitudo, digitorum autem latitudo. [16] Et affulcimenti circumductiones tot ſint, ut ne comprimant. [17] Mollia vero & non craſſa [18] ſint hæc omnia, pro longitudine, & latitudine, ac craſſitudine partis affectæ.

IX. Ferulæ porro ſint læves, æquales, [2] juxta extremitates ſimæ, hinc atque illinc paulo minores deligatione, [3] craſſiſſimæ autem ea parte qua extat fractura. [4] Quæcunque vero partes incurvæ ſunt & excarnes, in his quæ præminent cavendæ ſunt, velut circa digitos & malleolos, aut poſitione, aut brevitate.

χότητι. 5 περιρέγμασι δὲ ἀρμοζειν, μὴ πιέζειν τὸ πρῶτον. 6 κηρωλῇ μαλθακῇ " καὶ λείῃ 41
καὶ καθαρῇ. 7 ὕδατι θερμότης, πολλή. 8 θερμότης μὲν καὶ ἐς τῆς ἰητροῦ χεῖρας καθαχέειν. 9 πολλή δὲ, χαλάσαι μὲν καὶ ἰσχνῶναι, τὸ πλεῖστον ἄρισον. 10 σαρκῶσαι δὲ καὶ ἀπαλύναι, τὸ μέτριον. 11 μέτριον δὲ, σὺν τῇ ' καθαχόσῃ, ἔτι μᾶλλον ἐλζομένην, δεῖ, πρὶν συμπίπτειν, παύεσθαι. 12 " τὸ μὲν γὰρ 42
πρῶτον αἴρεται, ἔπειτα δ' ἰσχναίνεται.

x. Θέσις δὲ μαλθακὴ, ὁμαλὴ, ἀνάρροπος τοῖσιν ἐξέχουσι τοῦ σώματος, οἷον πλέυρῃ καὶ ἰσχίῳ· 2 ὡς μήτε ἀναπλᾶται μήτε ἐκτρέπεται. 3 " σὺν- 43
λίσσειν παντὶ τῷ σκέλει ἢ ἡμίσεϊ. 4 ἐς τὸ πάθος δὲ βλέπειν καὶ τἄλλα, ὁκόσα βλάπτει δῆλα. 5 πάρεξις δὲ, καὶ ἀφίστασις, " καὶ ἀνάπλασις, 44
καὶ τὰ ἄλλα κατὰ φύσιν. 6 φύσις δὲ τὰ μὲν ἔργοις, τοῦ ἔργου τῇ πρόσει, ὁ βούλεται, πεπαιδεῦσθαι. 7 ' ἐς δὲ ταῦτα, ἐκ τοῦ ἐλευθέρου, ἐκ τοῦ κοινοῦ, ἐκ τοῦ ἔθεος. 8 " ἐκ μὲν 45
τοῦ ἐλευθέρου καὶ ἀφειμένου, τὰς ἰθυωρείας σκέπτεσθαι, οἷον τὸ τῆς χειρός. 9 " ἐκ δὲ τοῦ κοι- 46
νοῦ, ἐκτάσιν, σύγκαμψιν, οἷον τὸ ἐπὶ τοῦ ἐγκωνίου πρὸς βραχίονα. 10 " ἐκ δὲ τοῦ ἔθεος, 47
ὅτι οὐκ ἄλλα σχήματα φέρειν δυνατώτερον, " οἷον σκέλεα ἔκτασιν. 11 ἀπὸ τετάνων γὰρ ῥᾷστα 48
πλεῖστον χρόνον ἔχει αὖ μὴ μεταπλάσσοντες. 12 ἐν δὲ τῇ μεταλλαγῇ ἐκ ἀφέσιος ὅμοια τοῦτα ἔξω-

vitate. 5 Affulcimentis autem fulcire ac firmare oportet, non comprimere primum. 6 Ceratum molle, & læve, & purum sit. 7 In aqua ſpectatur caliditas, multitudo. 8 Caliditas, ' ut ſupra ſuam ipſius manum medicus affundat. 9 Multitudo, ad laxandum quidem & attenuandum, plurima optima eſt. 10 Verum ad incarnandum ac molliendum, moderata. 11 Moderatio autem in perfuſione ea eſt, quod dum adhuc attollitur pars, priuſquam concidat deſiſtere oportet. 12 Primum enim attollitur: poſtea vero attenuatur.

x. Poſitio ſit mollis, æqualis, ſurſum vergens, in eminentibus ' corporis partibus, velut calcaneo, & coxa, 2 ut neque refringatur, neque evertatur. 3 Canalem toti potius cruri quam dimidio adhibere oportet. 4 Ad affectionem tamen reſpicere oportet: & reliqua quæ lædere ſolent, manifeſta ſunt. 5 Exhibitio vero, & diſtentio, & reſtitutio, & reliqua, ſecundum naturam fiant. 6 Natura in operibus eſt: operis actione quid illa velit conjectandum eſt. 7 Ad hæc autem ex quieſcente, ex ' communi, ex conſuetudine. 8 Ex quieſcente quidem ac remiſſo, rectitudines conſiderare oportet, velut in manus figura. 9 Ex communi vero, extenſionem & inflexionem, veluti figura cubiti ad brachium, quæ prope ad angularem accedit. 10 Ex conſuetudine, quod non alias figuras magis ferre poſſunt, velut crura extenſionem. 11 In hac enim figura plurimum tempus facillime durarint, nulla facta immutatione. 12 In immutatione ' vero ex diſtentione, ſimilia hæc

ἕξιν, ἐς ἕξιν ἢ θέσιν, μύες, φλίβες, νεῦρα, ὀστέα, ἢ μάλιστα δύνηται καὶ διαγίνεσθαι.

hæc habent, ad habitum aut positionem, musculos, venas, nervos, ossa, & bene posita, & bene detenta.

xi. Διάτασις, μάλιστα τὰ μέγιστα, καὶ παχύτατα, καὶ ὁμαλὰ, καὶ ὅκου ἀμφότερα· δεύτερα, ἢν τὰ καταλελειμμένα· ἥκιστα, ἢν τὰ ἄνω. μᾶλλον δὲ τῶν μεταξὺ, βλάβη, πολλὴ παιδίων. ἔχειν δὲ ἀνάπλην σμικρὴν, διορθώσιος δεῖται τὸ ὁμαλὸν μὲν, τὸ ὁμόζυγον, τὸ ὅμοιον, τὸ ὑγιές. ἀνάτριψις δυνάτου λύσιος, δῆσις, σπερχώσιος, μινυθήσιος. ἡ σκληρὴ, δῆσις. ἡ μαλακὴ, λύσις. ἡ πολλὴ, μινυθήσιος. ἡ μέση, παχύνσις. ἐπιδεῖν δὲ, τὸ πρῶτον ὁ μὲν ἐπιδεδεμένος μάλιστα φάτνῃ πιπτέχθαι καὶ τὸ σῶμα, ἥκιστα τὰ ἄκρα. ἡ μάλα δὲ, μὴ πεπτέχθαι τῷ πλήθει ἢ ἰσχύϊ. τῷ δὲ ἡμέρῃ τοιούτῳ καὶ νύκτα ὀλίγω μᾶλλον. τῷ δ' ὑστέρῳ ἧσσον. τρίτη, χαλαρή. διερεθίστω δὲ τῇ μὲν ὑστεραίῃ τὸ ἄκροις οἰδήμασι μαλθακοῖς. τῇ τρίτῃ δὲ τῇ ἐπιδέσει λυθέν, ἰσχυρότερον πάσας τὰς ἐπιδέσιας τοῦτο. τῇ δὲ ὑστεραίῃ ἐπιδέσει, ἵνα δικαίως ἐπιδεδεμένον φανῇ, μαθεῖν δεῖ. συντύγχανε δὲ μᾶλλον καὶ ἐπὶ πλέοσι πιέζηται. τῇ δὲ τρίτῃ, ἐπὶ μᾶλλον καὶ ἐπὶ πλίοσι. τῇ δὲ ἑβδόμῃ, λύσιν δὲ τῶν ἐπιδέσιος, λυθέντα διερεθίστω ἰσχνὰ [καὶ] χαλαρὰ τὸ ὀστέα. ἐς δὲ νάρθηκας δεῖσθαι, ἵνα [μὴ] ἰσχνὰ καὶ ἀκνησμὸς καὶ ἀνέλκεα ᾖ, ἐὰν μέλλῃς εἰκάζειν ἡμερέων ἀπὸ τοῦ σήματος. ἵνα δέ τι καταπύθηται, λύσιν ἐν τῷ μέσῳ, [καὶ] νάρ-

xi. Distentio fit maxime circa maxima, & crassissima, ac æqualia, & ubi ambo ossa læsa sunt. [2] Secundo loco ubi subjectum, [3] minime ubi supernum. [4] Si vero magis moderato fiat, detrimentum affert: pueris exceptis. [5] Oportet autem ipsa paululum acclivia habere. [6] Directionis 'exemplum, æquivocum, conjugatum, simile, sanum. [7] Defrictio potest solvere, ligare, incarnare, minuere: [8] dura, ligare: [9] mollis, solvere: [10] multa, minuere: [11] moderata, crassefacere. [12] Deligare vero oportet, primum ut is, qui deligatur, dicat maxime se compressum esse circa læsam partem, minime circa extremas: [13] & firmatum se esse, non compressum, copia linteorum, non robore: [14] & hac die ac nocte paulo 'magis, [15] postridie minus, [16] tertia laxe. [17] Reperiatur autem postridie in extremis partibus tumor mollis. [18] Tertia vero die deligatum solutum gracilius fit, atque hoc per omnes deligationes. [19] Secunda vero deligatione an juste deligatum apparuerit, discere oportet. [20] Hinc autem magis & pluribus comprimatur. [21] Tertia adhuc magis, itemque pluribus. [22] Septima vero à prima deligatione soluta, inveniantur gracilia ossa ac 'depressa. [23] At vero in ferulas deligata, si gracilia & pruritus exortia, & sine ulcere fuerint, finere oportet usque ad dies viginti à læsione. [24] Si vero quid suspectum sit, solvere in medio tempore, & ferulas tertio

κάθηκας ἀλλὰ τρίτης ἡμέρης ἐπιδεῖν.

XII. "Ἡ ἀνάληψις, ἡ ἀ- 62
πόδεσις, ἡ ἐπίδεσις ὡς ἂν τῷ
αὐτῷ ἥ ἀκροφυλάσσειν. [2] κεφά-
λαιον γνωμάτων, ἕξις [καὶ] φύ-
σις ἑκάστων τῶν μελέων. [3] τὰ εἴ-
δεα ἐκ τῆς τρίψιος, ἐκδιπορίζειν,
ἐξαίνειν, καθαπτεσθαι, ' ἐκ τῆς 63
ἔρεως, ἐκ τῆς ἀφέσιος. [4] "ὁ-
τι χρῆσις κοπιώδης, δρόμῳ ὀλί-
γῳ. [5] πάκτα [καὶ] ἡ πτῆξις, ἢ
πλήθει, ἢ ἰσχύϊ. [6] ὁκόσα ὀλί-
γαιμα ἐκχυμώματα, ἢ φλάσματα,
ἢ ἀπάσματα, ἢ οἰδήματα ἀ-
φλίσματα " ἐξαρύεται αἷμα 64
ἐκ τῆς τρώματος, [7] ἐς μὲν τὸ
ἐπάνω τῆς σώματος τὸ πλεῖστον,
βραχὺ δέ τι καὶ ἐς τὸ κάτω,
[8] μὴ κείμενα τὰ χεῖρα ἔχοντα ἢ
τὸ σκέλος. [9] πρῆγμον τὸν ὀρ-
θρὸν καὶ τὸ τρῶμα, καὶ μάλι-
στα ἐρεώδεα, ἥκιστα τὰ ἄκρα,
μέσως τὰ ἀπὸ μέσου, τὸ ἔσχατον
τοῦ τε ἄνω τῆς σώματος τε-
μόντων ἐπιδέσαι ' πρῴ. [10] ἀσθε-
νὴς καὶ ταῦτα πλήθει μᾶλλον, ἢ
ἰσχύϊ. [11] μάλιστα δὲ τραπέζειν
ὀθόνια λεπτά, κοῦφα, μαλθα-
κά, καθαρά, πλατέα, ὑγιέα,
ὡς ἐπὶ πολὺ παρήκοντα, [12] καὶ
καθαρσίου χρῆσθαι πλέονι.

XIII. Τὰ δὲ σπασμάτα,
ἢ ῥήγματα, ἢ ἀφαιρήματα, [2]
ἢ διαστάσιμα, ἢ ἀποκλά-
σματα, ἢ ἀφαιρέματα, [3]
" οἷα τὰ κυλλὰ τὰ ἐπιρρέ- 65
πτα, ἤγειν μὲν ἐξέσω, ξυνδι-
δόντα, [4] ὅπη δὲ συλλείποντα,
ὡς εἰς τὰναντία ' ῥέπῃ, ἐπι-
δεῖσθαι, [5] ἢ πρὶν ἐπιδεθῆ-
ναι " σμικρῷ μᾶλλον, ἢ ὥστε 66
ἐξ ἴσου εἶναι, [6] καὶ τοῖσιν ἐπιδέ-
σμοισι, καὶ τοῖσι παλλίοισι, καὶ
τοῖ-

tertio quoque die firmare.

XII. Appenſio, poſitio, deligatio, ut in eodem ſtatu ſint cuſtodire oportet. [2] Figurarum ſumma hæc eſt, conſuetudines, naturæ ſingulorum membrorum, [3] ſpecies ex currendo, ' ambu- 165
lando, ſtando, decumbendo, ex opere, ex remittendo. [4] (Nam uſus corroborat, ocium autem colliquat:) [5] aut compreſſione, aut copia linteorum. [6] Quæcunque vero effuſo ſanguine ſugillationes, aut contuſiones, aut vulſiones, aut tumores inflammationis exortes, ex vulnere oboriuntur, [7] ad ſupernam partem plurimum, ad infernam etiam parum deligare oportet, [8] ita ut manum aut crus non habeat in declive, [9] & ' initium 170
ſupra vulnus ponat, ac maxime firmet, minime extremas partes, medio modo medias, ultimam partem ad ſupernas corporis partes diſtribuendo, deligatione, compreſſione. [10] Sed & hæc, copia magis quam robore. [11] Maxime autem his lintea tenuia, levia, mollia, pura, lata, ſana debentur, utpote fine ferulis: [12] & uberiore perfuſione uti oportet.

XIII. At vero elapſiones aut laxationes, aut tortiones, aut ' diſtantiæ diſparatæ, [2] aut avul- 175
ſiones, aut abruptiones, aut diſtortiones, [3] veluti mutilationes ad alteram partem vergentes, unde quidem exceſſerunt, remittendo deligare oportet: [4] quo vero exceſſerunt, intendendo deligamentum, ut ad contraria vergant deligata, [5] etiam priuſquam fuerint deligata, paulo magis quam ut ex æquo ſint, [6] & deligamentis, & ſpleniis, & appenſionibus, & figu-

τοῖσιν ἀναλήμμασι, καὶ τοῖσι σχήμασι, 7 καθατάσει, " ἀναλείψει, 67
διορθώσει, 8 τοῦ πε καὶ καθέχοντος πλέονι. 9 " τὰ δὲ μινυθήματα πο- 68
λὺ μᾶλλον ἐπιδεῖν " ἢ ἐξαμῶσαι ἢ ὑγιέα, ἐπιδεῖν " ὡς αὖ ἐξ ἐπιδρομῆς τὰ 69
σπωμένα πλέονα ἢ αὖ τὰ μέτρια μινύῃ, 10 " ἢ ἄλλη ἢ τῇ ἐπι- 70
δέσει ἐμβάλλοντα ἐκκλίνῃ ἐς τὸν αὔξησιν καὶ τὸν ἀνάπλησιν τῶν
σαρκῶν ποιήσηται. 11 βέλτιον δὲ καὶ ἄνωθεν, οἷον κνήμης " καὶ τῶν 71
μηρῶν, καὶ τὸ ἕτερον σκέλος τῷ ὑγιεῖ σωμπιδεῖν. 12 ὡς ὁμοιότερον ἢ καὶ ὁμοίως ἐλαττοῦν, καὶ ὁμοίως τῆς τροφῆς ἀποκλείοντες καὶ δέχοντες. 13 ὀδυνίων πλήθει μὴ ἔχειν. 14
ἀνιέντα πρῶτον τὸ μάλιστα ὀδύνιον, 15 καὶ ἀναλείψει χρώμενον σαρκέων, 16 καὶ καθέχοντα αὖθις ναρθήκων.

XIV. Τὰ δὲ ἐρείσματα καὶ ἀποστηρίγματα, οἷον στῆθος, πλεύρῃσι, κεφαλῇ, καὶ τοῖσιν ἄλλοισιν ὅσα τοιαῦτα, 2 τὰ μὲν σφίγγων ἕνεκεν, ἵνα μὴ σφαλείωσιν, 3 τὰ δὲ καὶ τῶν ἁρμοσίων τῶν καὶ τὰς ἁρμονίας σὺν τοῖσι καὶ τὸν κεφαλὸν ὀστεοισιν " ἐρείσματα χρέος ἐστὶ, 4 72
ἐπί τε βήγεων, ἢ παραμείνων, ἢ ἄλλης κινήσιος. 5 οἷον τὰ καὶ τὸν θώρηκα καὶ κεφαλὸν ἀποστηρίγματα χρῆναι. 6 τούτων ἁπάντων αἱ αὐταὶ ξυμμετρίαι τῶν ἐπιδέσιος. 7 " ἡ μὲν γὰρ τὰ σίνη, 73
μάλιστα πιέζειν. 8 ὑποτείνασαν οὖν ἔριον [ἢ] μαλθακόν τι ἁρμόζον τῇ πτώσῃ. 9 ἐπιδῆσαι δὲ μὴ μᾶλλον πιέζοντα, " ἢ ὥστε τὰς σφυ- 74
γμὸς μὴ συνίστασθαι, 10 " τάς τε 75
ἁφαπτούσας τῶν ἁρμονιῶν ψαύειν τε ἀλλήλων, 11 " μήτε ἀμφὶ τοῖσι πάθεσι καὶ βα- 76
ξιν,

figuris, 7 extenſione, defrictione, directione: 8 ' & hic etiam 180
uberiore perfuſione. 9 Cæterum imminutiones multam ſanam partem occupando deligare oportet, ut ex influxione, qua colliquata plus quam ſua ſponte imminuta ſunt, 10 alia deligatione permutata, ad augmentum declinent, & carnium efformationem faciant. 11 Melius autem eſt ut & ſuperna pars ſimul deligetur, velut tibiæ & femorum, & alterum crus cum ſano crure, quo ſimilius ſit, & ſimiliter quieſcat, 12 & ' ſimiliter alimentum 185
excludant, & ſuſcipiant. 13 Linteorum vero copia, non compreſſione utendum eſt, 14 remittendo primum id quod maxime opus habet, 15 & utendo defrictione incarnante, 16 & perfuſione abſque ferulis.

XIV. Fulcimenta porro ac ſtabilimenta adhibere oportet, veluti pectori, coſtis, capiti, & aliis quæ ejuſmodi ſunt: 2 partim pulſuum gratia; ut ne concutiantur: 3 partim etiam diſtantiarum ' diſpararatum gra- 190
tia, circa junctura in oſſibus capitis, quo firmentur. 4 Et in tuſſibus, aut ſternutationibus, aut alio motu, 5 qualia fiunt circa thoracem & caput ſtabilimenta. 6 Horum omnium eædem ſunt deligationis commoderationes. 7 Qua enim parte læſiones ſunt, maxime comprimendum eſt. 8 Supponere igitur oportet lanam mollem, affectioni convenientem: 9 deligare vero non amplius comprimendo, ut ne ' pulſus concutiantur: 195
10 neque amplius quam ut diſtantium junctura extremitates mutuo ſe contingant. 11 Neque ut tuſſes & ſternutatio-

Magni Hippocratis Coi Opera omnia graece et latine edita... industria ac ... - page 663 sur 917

ξιν, ἀλλ' ὥστε δύσπνοα μὴ εἶναι, μήτε ἀναγκάζηται, μήτε σείηται.

nes fiant, sed ut prohibeantur, stabilimentum adhibeatur, quo neque cogatur quid, neque concutiatur.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ περὶ ΔΙΑΙΤΗΣ ΥΓΙΕΙΝΗΣ.

HIPPOCRATIS DE SALVBRI DIÆTA.

Basil. græc. Foesius sect. IV. 3. 337. Basil. lat.

pag 25

ΙΔΙΩΤΑΣ οὕτως χρὴ διαιτᾶσθαι. 2 ἐγὼ μὲν γὰρ ἐσθίειν ὡς πλεῖστα, πίνειν δὲ ὡς ἐλάχιστα. 3 εἶναι δὲ [χρὴ] τὸ [μὲν] πόμα οἶνον ὡς ἀκρητέστατον· 4 τὰ δὲ σιτία, ἄρτον· 5 καὶ τὰ ὄψα, ὀπτὰ πάντα. 6 λαχάνοισι δὲ ὡς ἐλαχίστοισι χρέεσθαι καὶ τευτλίῳ καὶ ὥρῃσι. 7 ὕστατον γὰρ ἂν μάλιστα τὸ σῶμα ξηρόν τε εἴη καὶ θερμόν. 8 ὁκόταν δὲ τὸ ἦαρ ἐπισημήνῃ, 11 τότε πόμα χρὴ πλέον πίνειν [καὶ] οἶνον ὑδαρέστερον καὶ κοῦφον ὀλίγον, 9 καὶ τοῖσι σιτίοισι μαλακωτέροισι χρέεσθαι καὶ ἐλάσσοσι, 10 καὶ τὸν ἄρτον ἀφαιρέοντα μᾶζαν ἐσφέρειν, 11 καὶ τὰ ὄψα καὶ τὰ αὐτὰ λόγον ἀφαιρέειν, 12 καὶ ὠμὰ τὰ ὀπτὰ ποιέεσθαι, 13 καὶ λαχάνοισι ἀφαιρέεσθαι καὶ ἥρεος ὀλίγοισιν, ἕως ἂν ἐς τὰ θερεὰ κομίσῃσθε ὁ ἄνθρωπος, 14 τοῖσί τε σιτίοισι μαλακωτέροισι χρεώμενος, καὶ τοῖσιν ὄψοισιν ἐφθοῖσι, καὶ λαχάνοισιν ἐφθοῖσι καὶ ὠμοῖσιν. 15 ὠζεώντως καὶ τοῖσι πόμασιν, ὡς ἥδιστα, ὑδαρεστέροισι καὶ πλείοσιν· 16 ἀλλ', ὅκως μὴ μεγάλη ἡ μεταβολὴ ἔσται, καὶ μικρὸν μὴ ἐξαπίνης χρεωμένῳ. 17 ἐν δὲ θέρεος τῇ τε μᾶζῃ μαλακῇ χρέεσθαι, καὶ τῷ πολλῷ ὑδαρεῖ καὶ πολλῷ, καὶ τοῖσιν ὄψοισι πᾶσιν ἐφθοῖσι. 18 καὶ ὅτε

pag 25

IDIOTAS & privatos homines hac diæta uti oportet. 2 Hyeme quidem comedere quam plurima, bibere autem quam parcissime. 3 Sit potus vinum quam meracissimum: 4 cibi, panis, 5 & obsonia assata omnia. 6 Oleribus quam pauciſſimis hoc tempore utendum est. 7 Sic enim corpus maxime siccum ac calidum reddetur. 8 Ubi vero ver apprehenderit, tunc sane potum ampliorum assumere oportet, vinum dilutius & paulatim: 9 cibis quoque mollioribus ac paucioribus tum utendum est: 10 & ablato pane, mazam exhibere, 11 & juxta eandem rationem obsonia detrahere, 12 & ex assatis omnia cocta facere. 13 Oleribus vero paucis tunc uti oportet, donec ad æstatem perveniat homo, 14 cibis mollioribus utendo, & obsoniis coctis, & oleribus, tam crudis quam coctis, 15 similiterque potibus quam dilutissimis ac plurimis: 16 ita tamen ut paulatim non de repente his utatur, ne videlicet magna mutatio fiat. 17 At vero æstate maza molli nutriatur, & potu aquoso ac multo, obsoniis omnibus coctis. 18 Sic autem

ὥπω δεῖ χρίεσθαι τετέοισιν, ὀκόταν τὸ θέρος ᾖ, ὅκως ψυχρὸν εἴη τὸ σῶμα καὶ μαλακόν. 19 ὁ γὰρ ἥλιος θερμή τε ἐστὶ, 20 καὶ ποιεῖ τὰ σώματα καυματώδεα καὶ αὐχμηρά. 21 δεῖ δὲ τοῖσιν ἐπιτηδεύμασι τοιούτοισιν ἀλείφεσθαι. 22 κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον, ὥσπερ ἐκ τοῦ χειμῶνος ἐς τὸ ἦρ, ὥστω καὶ ἐκ τοῦ ἦρος ἐς τὸ θέρος καθιστάναι), 23 τὴν μὲν σιτίων ἀφαίρεσιν, τὴν δὲ πόσιος αὔξησις 24 καὶ ὥστω τὰ ἐναντία ποιεῦντα καθιστᾷ πως ἐκ τοῦ θέρεος ἐς τὸν χειμῶνα. 25 ἐν δὲ τῷ φθινοπώρῳ πάλιν, τὰς μὲν σιτία πλείω ποιεύμενον καὶ ξηρότερα, τὰ δὲ ὄψα καὶ τὸν λόγον, τὴν δὲ πόσιν ἐλάσσω τε καὶ ἀκρητέστερα. 26 ὥστω γὰρ ἂν χειμὼν ὑγιαθὴς ἔτος, εἰ ὥρην πρὸς ἀφροδίσια) τοῖσί τε πόμασιν ἀκρητεστέροισι καὶ ὀλίγοισι, καὶ τοῖσι σιτίοισιν ὡς πλείστοισί τε καὶ ξηροτάτοισιν. 27 ὥστω γὰρ ἂν καὶ ὑγιαίνοι μάλιστα, καὶ ῥιγώη ἥκιστα. 28 ἡ γὰρ ὥρη λίαν ψυχρή τε καὶ ὑγρή.

II. Τοῖσι δ' εἰδέσι τῶν σαρκώδεσι καὶ μαλθακοῖσι καὶ ἐρυθροῖσι ξυμφέρει δὴ τὰ πλείονα χρόνον διαιτᾶσθαι ξηροτέροισι διαίτημασι χρίεσθαι. 2 ὑγρὴ γὰρ ἡ φύσις τῶν εἰδέων τούτων. 3 τοὺς δὲ τριφεῖς καὶ ἀστιπτοπυρρίους, καὶ πυρρούς, καὶ ἰσχνοὺς καὶ μέλανας, τῇ ὑγροτέρῃ διαίτῃ χρὴ τὸ πλεῖον καὶ χρόνου διαγωνίζεσθαι. 4 τὰ γὰρ σώματα τοιαῦτα ἰσχνάτερ' ἐστὶ ξηρὰ εἶναι. 5 καὶ τοῖσι νέοισι τῶν σωμάτων ξυμφέρει μαλακωτέροισί τε καὶ ὑγροτέροισι χρίεσθαι τοῖσι διαιτήμασιν. 6 ἡ γὰρ ἡλικίη ξηρή, καὶ τὰ σώματα πέπηγεν ἤδη. 7 τοὺς δὲ πρεσβυτέρους τῷ ξηροτέρῳ χρὴ τρέπειν τὸ πλεῖον καὶ χρόνου διάγειν. 8 τὰ γὰρ σώματα ἐν ταύτῃ τῇ ἡλικίῃ ὑγρὰ καὶ μαλθακὰ καὶ ψυχρά. 9 δεῖ δὲν αὐτὸν τῇ ἡλικίῃ, καὶ τῷ ὥρῃ, καὶ τὸ ἔθος,

autem his ubi æstas fuerit uti oportet, ut frigidum sit corpus & molle. 19 Tempus enim calidum est & siccum, 20 & facit corpora æstuosa ac squallida. 21 Quapropter tali studio auxiliari oportet. 22 Juxta eandem vero rationem, quemadmodum ex hyeme ad ver, sic ex vere ad æstatem deducendus est, 23 cibo quidem detracto, potu vero aucto. 24 Sic quoque contraria faciendo ex æstate ad hyemem perducatur. 25 In autumno vero rursus cibi plures exhibendi sunt & ficciores, & obsonia juxta eandem rationem, potus vero pauciores & meraciores, 26 quo etiam hyems bona fiat, & homo in ipsa utatur potibus meracioribus ac paucis, cibis vero quam plurimis ac ficcissimis. 27 Sic enim & maxime sanus fuerit, & minime frigore impetetur. 28 Nam tempus hoc valde frigidum ac humidum existit.

II. Porro habitibus corporum carnosis & mollibus ac rubris, plurimo anni tempore ficcioribus diætis uti conducit. 2 Humida enim est ipsorum natura. 3 Verum duros & graciles, fulvosque ac nigros, humidiore diæta majore temporis parte victitare oportet. 4 Corpora enim talia sicca existunt. 5 Sed & juvenibus corporibus, mollioribus & humidioribus diætis uti confert. 6 Nam ætas ipsorum sicca est, & corpora compacta sunt. 7 Seniores autem ficciore victus modo, majori temporis parte degere oportet. 8 Corpora enim in hac ætate humida sunt, & mollia ac frigida. 9 Oportet igitur & ad ætatem, & ad tem-

Magni Hippocratis Coi Opera omnia graece et latine edita... industria ac ... - page 665 sur 917

ἔθος, καὶ τῷ χρόνῳ, καὶ τὰ εἴδεα, καὶ διαλήμασι ποιέεσθαι, [10] ἀναντίον τοῖσι κατεστεμμένοισι καὶ θαλπτοῖσι καὶ ψυχροῖσι. [11] ἔτω γὰρ ἂν μάλιστα ὑγιαίνοιεν.

III. Καὶ ὁδοιπορίῃ, ἢ μὲν χειμῶνος, ταχέως χρή· [2] ἢ δὲ θέρεος, [9] ἡσυχῇ, ἢν μὴ ἀναγκαίως ὁδοιπορέῃ. [3] δεῖ δὲ καὶ τὰς σαρκώδεας θᾶσσον ὁδοιπορέειν· [4] τὰς δὲ ἰσχνὰς ὀλιγώτερον. [5] λουτροῖσι δὲ χρὴ πολλοῖσι χρέεσθαι ἢ θέρεος, ἢ δὲ χειμῶνος ἐλάσσοσι. [6] χρὴ δὲ τὰς γραφὰς μᾶλλον λούεσθαι τῶν σαρκωδέων. [7] ἀμφιέσασθαι δὲ χρὴ ἢ χειμῶνος κουφοτέρῃσιν ἐσθῆσι· [8] ἢ δὲ θέρεος ἐλαιοπλυτέῃσι.

IV. Τὰς δὲ πιαίνειν χρὴ, καὶ ὅσοι βάλλονται λιπαρὸν χρῶτα, [2] τὰς παλαιοπωλίας ἀπέσας νήστας πλείσας, [3] καὶ τοῖσι σιτίοισιν ἐπιχρέειν. [4] ἐπὶ δὲ μᾶλλον ἢν ἐθέλωσι, καὶ μὴ ἀναψυχρύνεσθαι, [4] καὶ ἀποπιπλήσθαι οἴνου κεκραμένου, [5] καὶ μὴ σφόδρα ψυχροῦ· [6] καὶ τὰ ὄψα σκάζειν σησάμοισιν, [7] καὶ ἀδύσμασι, καὶ τοῖσι ἄλλοισι τοῖσι τοιούτοισι. [7] καὶ πίονα ἔστω τὰ προσφερόμενα ὄψα. [8] ἔτω γὰρ ἂν ὀλίγων ἐμπίμπλαιντο. [9] ἅπαξ δὲ καὶ μοιρίλιφ, καὶ ἁλιτρίφ, καὶ σκληροκοιτέϊ, καὶ γυμνὸν ἀποπαλίφ, ὅσον οἷόν τε μάλιστα ἦ. [10] ὁκόσοι δὲ βάλλονται, λεπτοὶ εἶναι, ταχέες γίνεσθαι, τἀναντία ποιέειν τοῖσι κατεστεμμένοισι, οἷσιν ἄφλω, [11] καὶ νήστιας μηδεμίαν πλησμονὴν ποιέεσθαι.

V. Τοῖσι δὲ ἐμέτοισι χρὴ καὶ τοῖσι κλυσμοῖσι τοῖσι διὰ κοιλίης ὧδε χρέεσθαι. [2] ἐξ μῆνας τὰς χειμερινὰς ἐμίειν. [3] ἔτος γὰρ ὀχρὸν φλεγματωδέστερον ἢ θέρεος, [4] καὶ τὰ νοσήματα γίνεται μᾶλλον

pus anni, & ad corporum ſpecies ac habitus, diætas conſtituere, [10] ita ut conſiſtentibus & caloribus, & frigoribus nos opponamus. [11] Sic enim maxime ſani fuerint.

III. Quin & ambulandum hyeme quidem velociter eſt, [2] æſtate autem leniter, niſi per ſolis æſtum iter faciendum ſit. [3] Oportet autem & carnoſos citius ambulare, [4] graciles vero tardius. [5] Balneis quoque multis æſtate utendum eſt, hyeme paucioribus. [6] Gracilibus autem magis expedit lavari, quam carnoſis. [7] Veſtes autem puras induere hyeme oportet: [8] oleo imbutas ac ſordidas, æſtate.

IV. Cæterum pingues, & qui graciles fieri volunt, [2] omnes labores jejuni facere debent, [3] & cibos aſſumere anhelantes adhuc ex fatigatione, & non refrigerari, [4] præpoto vino diluto, [5] & non valde frigido, [6] & obſonia præparata aſſumere ex ſeſamis, aut condimentis hortenſibus, & aliis hujuſcemodi. [7] Sint autem obſonia pinguia quæ offeruntur. [8] Sic enim à quam pauciſſimis impleri poterint. [9] Sed & ſemel in die cibum ſumere, & illotum manere, & ſtratum durum habere, & nudum deambulare oportet, quantum ejus maxime fieri poteſt. [10] Quicunque vero graciles ſunt, & pingues fieri volunt, tum alia his, quæ dixi, contraria facere, [11] tum jejunos nullum laborem ſubire oportet.

V. At vero vomitibus & alvi per infuſa elotionibus hoc modo utendum eſt. [2] Sex menſes hybernos vomendum eſt. [3] Hoc enim tempus pituitoſius eſt æſtivo, [4] & morbi circa caput fiunt,

ωδὲ τὴν κεφαλὴν, καὶ ὠδὲ τὸ χωρίον τοῦτο τὸ ὑπὸ τὸ φρενῶν. 5 ὅταν δὲ θάλπος, τότε καθαίρεσθαι χρὴ. 6 καὶ ὧρη καυματώδης, ἡ τοῦτο μὲν κοιλοτέρους ἐστὶ, 7 καὶ βαρυπόλες ὀσφὺν καὶ τοὺς γόνατας, καὶ θερμασίαι γίνονται, 8 καὶ κατὰ γαστρὸς φύματα γίνεται. 9 δεῖ δὲ τὸ σῶμα ψύχειν, 10 καὶ τὰ μετέωρα ἐλκόμενα καὶ ὑπανάγειν ἐκ τῶν χωρίων τούτων.

VI. Ἔστι δὲ τὰ καθαίροντα τοῖσι μὲν παχυτέροισι καὶ ὑγροτέροισι, ἀλμυρότερα καὶ λεπτότερα· 2 τοῖσι δὲ ξηροτέροισι καὶ ἀσθενεστέροισι λιπαρώτερα καὶ παχύτερα· 3 ἔστι δὲ τὰ καθαίροντα λιπαρὰ, καὶ ὅσα ἀπὸ γάλακτός ἐστιν, καὶ ὅσα ἐρεβίνθων ὕδωρ ἕφθον, καὶ ἄλλων τοιούτων· 4 τὰ δὲ λεπτὰ καὶ ἁλμυρὰ, ἅλμη καὶ θάλασσα, καὶ τὰ τοιαῦτα.

VII. Τοὺς δὲ ἐμέτους ὧδε χρὴ ποιέειν. 2 ὅσοι μὲν τῶν ἀνθρώπων παχέες εἰσὶ, καὶ σιτίονται, νήστεες ἐμεόντων ὁρμώμενοι ἢ ὁδοῦ πορεύσιος ἀφ' ἑσπέρης καὶ μέσου τοῦ ἡμέρους. 3 ὅσοι δὲ ἡμῶν λεπτότεροι καὶ ἀσθενέστεροι, οὐ χρὴ οὕτω ποιέειν, καὶ τάδε σύμπαντα, ἔξω ὧν ἀκρήτου καὶ ἄρτου καὶ ὀψοφαγίων, καὶ ἄλλας ὀψοφαγίας ὁκοίας ἂν μέλλῃ τις ἐσθίειν. 4 πινέτω δὲ, τὸ μὲν πρῶτον, ἡσυχαίτερον, ἔπειτα δὲ ἐπὶ μᾶλλον· 5 οἱ δὲ λεπτότεροι καὶ ἀσθενέστεροι ὅσοι σιτίων ἐμεῖσθαι, τρόπον τοιόνδε. 6 λωτὸς μέλας θερμὸς προπινέτω ὀκρήτου κοτύλας δύο, ἔπειτα σίτια παντοδαπὰ ἐσθιέτω, 8 καὶ μὴ πινέτω ἐπὶ τῷ σιτίῳ, μηδὲ λάπτε ὕδωρ, 9 ἀλλ' ἐπεχέτω ὅσον δέκα στάδια διιλθεῖν. 10 ἔπειτα δὲ ξυμμιξάτω οἶνος τρεῖς, αὐστηρὸν, γλυκὺ καὶ ὀξύ, πίνῃ δὲ ἀδάνως, καὶ πρῶτον μὲν ἀκρητέστε-

fiunt, & regionem eam quæ eſt ſupra ſeptum tranſverſum. 5 Quum vero æſtas ac calor fuerit, infuſis utendum eſt. 6 Hora enim hæc æſtuoſa eſt, & corpus biliоſius, 7 & lumbi ac genua gravantur, & calores oboriuntur, 8 & in ventre tormina fiunt. 9 Quapropter corpus perfrigerare oportet, 10 & quæ in ſublime elevantur, inferne ſubducere ex iſtis locis.

VI. Sint autem infuſa pro craſſioribus ac humidioribus ſalſiora & tenuiora, 2 pro ſiccis vero & gracilibus ac debilioribus, 3 pinguiora ac craſſiora. Craſſa autem & pinguia infuſa ſunt quæ ex lacte fiunt, & cicerum decoctum, & alia hujuſmodi. 4 Tenuia vero & ſalſa, ſunt muria & aqua marina, & ejuſcemodi.

VII. At vero vomitus ſic facere oportet. 2 Quicunque homines craſſi ac pingues ſunt, & non graciles, jejuni vomant à curſu aut ambulatione cita, juxta meridiem. 3 Sit autem dimidia hemina hyſſopi in aquæ congio contriti, atque hoc cibat 7 affuſo aceto & adjecto ſale, quo jucundius evadat. 4 Bibat autem primum ſenſim ac lentius, poſtea amplius & citius. 5 Qui vero graciliores ſunt ac debiliores, à cibis vomitum faciant hoc modo. 6 Lotus calida præbibat meri heminam, 7 deinde cibos omnigenos edat, 8 & neque dum cibum ſumit, neque à cibo bibat, 9 ſed contineat ſe donec quatuor ſtadia quis percurrat: 10 deinde vina tria permixta ipſi in potu offerantur, auſterum, dulce, ac acidum, 11 primum quidem

Magni Hippocratis Coi Opera omnia graece et latine edita... industria ac ... - page 667 sur 917

ρον καὶ καθ' ὁλίγον καὶ βαθὺ πολλῷ χρόνῳ, [12] ἔπειτα δὲ ὑδαρέστερον καὶ θᾶσσον καὶ πολλόν. [13] ὅστις δὲ εἰωθὼς ἐμεῖν δὶς ἐξεμεῖν, ἄμεινον, ἢν δὶς ἐξεμεῖν ποιέῃ τὰς ἐμέτους οὐ δυσὶν ἡμέρῃσι μᾶλλον, ἢ ἂν πεπλεγμένας. [14] οἱ δὲ πᾶν τἀναντίον ποιέουσιν.

meracius, & paulatim, & per multum temporis ſpacium, [12] deinde vero dilutius & citius & multum. [13] Quicunque autem bis in menſe vomere conſuevit, huic melius eſt ut conſequenter in duobus diebus vomat, quam per quintum & decimum. [14] Verum aliqui penitus contrarium faciunt.

VIII. [15] Ὁκόσοισι δὲ ἐπιλήθεον ἀνεμέειν τὰ σίτια, [2] ἢ ὁκόσοισιν οἷ κοιλίαι ἀκὶ διέξοδοί εἰσι, [3] τούτοισι πᾶσι ξυμφέρει πολλάκις τῆς ἡμέρης ἐσθίειν, [4] καὶ παντοδαπῇσι βρώμῃσι χρέεσθαι, [5] καὶ ὄψοισι παντοδαποῖσι καὶ σκευασμένοισιν, [6] οἴνου τε πίνειν διστοὺς καὶ τριστούς. [7] ὁκόσοι δὲ ἀνεμέουσι τὰ σίτια, ἢ καὶ κοιλίας ἔχουσιν ὑγρὰς, τούτοισι πᾶσι τἀναντίον τούτων ξυμφέρει ποιέειν.

VIII. Quibuſcunque vero commodum eſt revomere cibos, [2] aut quibus alvi non probum tranſitum habent, [3] his omnibus conducit ſæpe in die comedere, [4] & omnigenis eduliis uti, [5] & obſoniis variis modis præparatis, [6] vinumque bibere duplex aut triplex. [7] Qui vero revomunt cibos aut alvos habent humectas, his omnibus contrarium hujuſmodi facere conducit.

IX. Τὰ δὲ παιδία χρὴ πολὺν πάνυ βρέχειν χρόνον τῷ θερμῷ ὕδατι ἐπὶ πολλὸν χρόνον, [2] καὶ πίνειν διδόναι ὑδαρέα τὸν οἶνον, καὶ μὴ ψυχρὸν παντάπασι. [3] τοῦτον δὲ διδόναι, ὃς ἥκιστα τὴν γαστέρα μετεωρέει καὶ φύσας παρίζει. [4] ταῦτα δὲ ποιέειν, ὅκως οἵ τε σπασμοὶ ἧσσον ἐπιλάβωσι, [5] καὶ μέζονα γίνηται, καὶ ἰσχυρότερα.

IX. Cæterum puerulos infantes per multum tempus in aqua calida madefacere oportet, [2] & vinum bibendum dare aquoſum, & non penitus frigidum. [3] Dandum eſt & id vinum, quod minime ventrem elevet ac inflet. [4] Hæc autem facere oportet, ut & convulſionibus minus corripiantur, [5] & majores fiant, ac meliorem colorem adipiſcantur.

X. Γυναικὶ δὲ κατὰ λόγον χρὴ διαιτᾶσθαι τῷ ξηροτέρῳ τοῦ τρόπου. [2] καὶ γὰρ τὰ σιτία τὰ ξηρὰ ἐπιηδέστερα πρὸς τὰ μαλθακώτερα τῶν γυναικείων σαρκῶν, [3] καὶ τὰ ἀκρητέστερα πόμαλλον ἀμείνω πρὸς τὰς ὑστέρας, [4] καὶ τὰς κυοφορίας.

X. Mulieres porro ficcioris modi diæta uti oportet. [2] Nam & cibi ficciores ad muliebrium carnium molliciem commodiores ſunt, [3] & meraciores potus præſtabiliores ſunt ad uteros [4] ac fœtuum nutrimenta.

XI. Τοὺς γυμναζομένους χρὴ, καὶ χείμωνος [μᾶλλον] καὶ τρέχειν καὶ παλαίειν· [2] καὶ θέρεος παλαίειν μὲν ὀλίγα, τρέχειν δὲ μή· μᾶλλον δὲ περιπατέειν πολλὰ καὶ ψύχος. [3] ὁκόσοι κοπιῶσιν ἐν τῷ θέρεϊ, τούτους παλαίειν χρή. [4] ὁκόσοι δὲ παλαίοντες κοπιῶσι, τούτους

XI. Qui exercitiis utuntur, hyeme currere ac luctari debent. [2] Æſtate vero luctari quidem parum, currere autem minime, ſed multum deambulare ſecundum ventum ac frigus. [3] Quicunque ex curſibus fatigati fuerint, eos luctari oportet. [4] Qui vero ex lucta fatigantur,

eos

τέτους χρὴ τρέφειν. [5] ὅτω γὰρ αὖ πολυπονέῃ τὸ κοπιῶν τοῦ σώματος ἀθρόως καὶ ξωιστῆται καὶ ἀναπαύοιτο μάλιστα. [6] ὁκόσοις γυμναζομένοις ἀθρόοισι λαμβάνει, καὶ τὰ ὑποχωρήματα σιτώδεα καὶ ἄπεπτα, [7] τετρίοισι τὸ γυμνασίων ἀφαιρέειν μὲν ἐλάσσω τοῦ τρίτου μέρεος, καὶ τὸ σίτων τοῖσιν ἡμίσεσι χρέειν. [8] δῆλον γὰρ, ὅτι ἡ κοιλίη ξωιλαίνεται ὑπὸ δυσπεψίης), ὥστε πέττεσθαι, τὸ πολὺ τοῦ σίτου. [9] ἔστω δὲ τέτοισι τὰ σῖτα, ἄρτος ὡς ἐξοπτημένος, οὐ οἴνῳ κεκραμένῳ, [10] καὶ ποτὸς ὡς ἐλάχιστα καὶ ἀκρητέστατος. [11] καὶ περιπατητοῖσι μὴ ἀθρόοισιν ἀπὸ τοῦ σίτου. [12] μετρεόμενον δὲ χρὴ ὑπὸ τὸν τοῦ χρόνον. [13] ὅτω γὰρ αὖ μάλιστα ξωιλαίνεται ἡ κοιλίη, καὶ τὰ ἐσιόντων ἐπικρατέει. [14] γίνεται δὲ ὁ τρόπος ὅτου τὰ λαμπρότατα τοῦσι πυκνοσαρκοῖσι μάλιστα, ὁκόταν ἀναξηραίνηται) ὁ ἄνθρωπος κρεηφαγέειν, τὰ φύσεος ὑπαρχούσης τοιαύτης. [15] αἱ γὰρ φλεβὸς πυκνωθεῖσαι οὐκ αὐτολαμβάνουσι) τὰ σιτία τὰ ἐσιόντων. [16] ἔστι δὲ αὕτη μὲν ἐξέη ἡ φύσις, καὶ πέπται) ἐφ' ἑκάτερα, [17] καὶ ἀκμάζει ὀλίγον χρόνον ἡ εὐεξίη ἐν τοῖσι τοιούτοισι τὰ σωμάτων. [18] τὰ δὲ ὀρεώτερα τὰ εὐδένδρεα καὶ δασύτερα καὶ τὴν κρεηφαγίην δέχεται), καὶ τοὺς πολυπονείας μᾶλλον ὑποφέρει, [19] καὶ χρονιώτερον γίνονται αὐτοῖσιν αἱ εὐεξίαι.

XII. Καὶ ὁκόσοι τὰ σιτία ἀναρροῦσι) τῇ ὑστεραίῃ, καὶ τὰ ὑποχόνδρια μετεωρίζει) αὐτοῖσιν, ὡς ἀπεπῆ τὰ σιτία ἐόντα, [2] τούτοισι κρηνύδεν μὲν τοσοῦτον χρόνον ξυμφέρει, [3] τῇ δὲ ἄλλῃ πολυπονείῃ ἀναξηραίνειν χρὴ αὐτῶν τὰ σώματα

eos cutrere expedit. [5] Sic enim laborans, fatigata corporis parte vel maxime calefieri componique ac recreari queat. [6] Quoscunque exercitiis utentes alvi profluvia corripiunt, & recrementa ciborum speciem referentia ac cruda habent, [7] his exercitiorum non minus quam tertiam partem detrahere oportet, & ciborum dimidium saltem exhibere: [8] palam est enim quod ventriculus confovere non potest, quo ciborum multitudo concoquatur. [9] Sint autem his cibi, panis quam maxime assatus in vino intritus, [10] & potus quam parcissimi, ac meracissimi, [11] & deambulationibus à cibo ne utantur. [12] Oportet autem sub hoc tempus semel duntaxat in die cibum sumere. [13] Sic enim quam maxime concalescit ventriculus, & ea quæ ingesta sunt exsuperaverit. [14] Fit hic profluvii alvi modus maxime his corporibus quæ densam carnem habent, quum ad carnium esum homo cogitur, natura ejusmodi existente. [15] Venæ enim densatæ cibos ingestos non susciplunt. [16] Est autem hæc natura acuta, & in utranque partem vertitur, [17] & ad modicum tempus viget bona habitudo in talibus corporibus. [18] At vero rariores ac hirsutiores corporum species ac habitus, tum carnium esum susciplunt, tum labores magis tolerant, [19] & bonæ habitudines ipsis fiunt diuturniores.

XII. Quicunque postridie cibos eructant, & præcordia ipsis elevantur, utpote cibis crudis & incoctis existentibus, [2] his longiori quidem tempore dormire conducit, [3] verum & aliis laboribus corpora ipsorum co-

Magni Hippocratis Coi Opera omnia graece et latine edita... industria ac ... - page 669 sur 917

σώματος, [4] καὶ τὸν οἶνον ἀκρητέστερον καὶ πίνειν καὶ πλείω, [5] καὶ τοῖσι σιτίοισιν ἐλάσσοσι χρέεσθαι ὑπὸ τοῦτον τὸν χρόνον. [6] δῆλον γάρ, ὅτι ἡ κοιλίη ὑπὸ ἀσθενείης καὶ ψυχρότητος ἀδυνάτως ἔχει τὸ πλῆθος τῶν σιτίων κατεπέχειν.

XIII. Ὁκόσους δ' ἂν ψῦξις λαμβάνῃσι, τούτοισι τοῦ τε σίτου καὶ πυλαιπωρίων ἀφαιρέειν, καὶ τὸν οἶνον πίνειν ὑδαρέα τε καὶ ὅτι ψυχρότατον. [2] ὁκόσοισι δ' ἀδύνατα γίνοιτο ἀπὸ τῶν πονέων, ἢ ὀκνεῖ γυμνασίης, [3] ἢ ἐξ ἄλλης τινὸς πυλαιπωρίης, τούτοισι ξυμφέρει ἀναπαύεσθαι ἀσίτοισι, [4] πόμασι δὲ χρέεσθαι, ὅ, τι ἐλάχιστον ἐς τὸ σῶμα ἐσιόν, πολὺν δὲ οὖρον ἀγεῖν, [5] ὅπως εὐφλέβους εὖ ἔχῃ τὰ ἀπὸ τῶν κοιλιῶν πεφυκυῖαι, μὴ κατατείνωνται πληρούμεναι. [6] ἐκ γὰρ τουτέων τὰ τοιαῦτα φύματα φύονται, καὶ οἱ πυρετοὶ γίνονται.

XIV. Ὁκόσοισι δ' ἂν ἔστι ἀπὸ τῆς κεφαλῆς γίνεσθαι, [2] ἀνάγκη ἀπόπτου ἰσχὶ τὴν κεφαλὴν, καὶ οὐρέειν μεμιγμένα, καὶ πτύελα πάσχειν, ὁκόσα ἐπὶ φαρυγγέλιν. [3] ἔστι δὲ ἐφ' ἡμέρας ἐννέα τοῦτο πάσχειν. [4] καὶ, ἢν μὲν ῥαγῇ κατὰ τὰς ῥῖνας ἢ κατὰ τὰ ὦτα ὕδωρ ἢ βλέννα, ἀπαλλάσσεται τοῦ νόσου, καὶ ἀπὸ φαρυγγέλιος πτύελον. [5] κρίσις δὲ πέλει, καὶ ὀδύνας, καὶ λύσκῃ, [6] ἕως τ' ἂν εἴκοσιν ἡμέρας παρέλθῃ, [7] καὶ οὐκέτι τὴν κεφαλὴν ἡ ὀδυνὴ ὀλλεῖπει τὸν ἀνθρώπου. [8] ἰσχναίνεται δὲ καὶ κλέπτεται οἱ ὁ ὠχρὸς. [9] ἄνδρα δὲ χρὴ, ὃς ἐπίσταται, λογίζεσθαι ὅτι τοῖσιν ἀνθρώποις ὑγιὴς ἐστὶν ἀξιώτατον ἡ ὑγιείη, [10] ἐπίστασθαί τε καὶ ἰσυλλογίζεσθαι ἐκ τῶν ἰδίων ἐν τῇσι νούσοισιν ὠφελέεσθαι.

gere oportet. [4] Vinum autem meracius & amplius bibant, [5] & cibis paucioribus sub id tempus utantur. [6] Palam est enim quod ventriculus præ imbecillitate ac frigiditate, ciborum multitudinem concoquere non potest.

XIII. Quoscunque vero sitis corripuerit, his & cibi & labores detrahendi sunt, & vinum bibant aquosum & quam frigidissimum. [2] Quibuscunque autem dolores fiunt ex visceribus, sive ex exercitiis, sive ex aliquo alio labore, [3] his quiescere conducit cibis abstinentes, [4] potione autem utantur, quæ quam parcissime in corpus assumpta, plurimam urinam ducat, [5] quo venæ viscera ambientes non distendantur repletæ. [6] Ex talibus enim tubercula oboriuntur ac febres.

XIV. Quibuscunque vero morbi à cerebro fiunt, [2] torpor primum caput occupat, & frequenter mingit æger, & reliqua velut in urinæ stillicidio perpetitur: [3] atque hæc sane ad dies novem paritur. [4] Et siquidem erumpat per nares aut aures aqua sive mucus, à morbo liberatur, & urinæ stillicidium sedatur. [5] Mingit autem multum, & citra dolorem, idque album, [6] donec viginti præterierint dies, [7] & capitis dolor hominem relinquit. [8] Intendenti autem oculos splendor occultatur. [9] Porro virum prudentem id secum reputare oportet, quòd res pretiosissima est sanitas, [10] & proinde scire ut ex suo ipsius consilio in morbis utilitatem percipiat.

Magni Hippocratis Coi Opera omnia graece et latine edita... industria ac ... - page 670 sur 917

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΕΝΥΠΝΙΩΝ.

HIPPOCRATIS DE INSOMNIIS.

Basil. græc. Foesius IV. 44. 375. Basil. lat.

543 pag 106 ΠΕΡΙ ὧν τὰ πεκμήρια ἐν τοῖσιν ὕπνοισιν ὀρθῶς γινώσκει, μεγάλην ἔχοντα δύναμιν κρίσιος ὀρθώσεως ἅπαντος. [2] ἡ γὰρ ψυχὴ ἐγρήγορεν. [3] ὅταν μὲν δὴ τὸ σῶμα κατακοιμήσασα ᾖ, ἐπὶ πολλὰ μεριζομένη, καὶ χρῆσις αὐτῆς ἰδίης, ἀλλὰ δασμὸν δοῦσα τῶν μερέων τοῦ σώματος· [5] ἦγε τοῖσιν αἰσθητηρίοισιν, ἀκοῇ, ὄψει, ψαύσει, ὁδοιπορείῃ, πρήξει, [6] καὶ πείσῃ τῷ τοῦ σώματος λόγοισιν. [6] αὐτὴ δὲ ἰδίης φρονίης λόγιος ἐστί. [7] ὅκόταν δὲ τὸ σῶμα κοιμήσῃται, ἡ ψυχὴ κινδυνεύει καὶ ἐπιδιατρίβει τοῖσι μέρεσι τοῦ σώματος, [8] οἰκεῖα τὰ ἴδια καὶ τοῦ σώματος πρήξιας ἁπάσας αὐτὴ λογιστέον. [9] τὸ μὲν γὰρ σῶμα κοιμώμενον οὐκ αἰσθάνεται· [10] ἡ δὲ γρηγορέουσα γινώσκει, κλύουσά τε καὶ ὁρέουσα, καὶ λογίζεται πάντα ἁπλῶς βαδίζουσα, ψαύουσα, λυπεῦσα, τέρπουσα. [11] τὰ δὲ ἄλλα, ὅκόσα τοῦ σώματος ἐστὶ κτήματα, ἢ τῆς ψυχῆς, ταῦτα πάντα ἡ ψυχὴ σὺν τῷ νῷ λογίζεται. [12] ὅστις οὖν ἐπίστηται κρίνειν ταῦτα ὀρθῶς, μέγα μέρος ἐπίσταται σοφίης.

II. Ὁκόσοι μὲν οὖν ἐν τοῖσιν ὕπνοισιν θεῖά ἐστι, [2] καὶ ἀποσημαίνει πάντα συμβησόμενα ἢ πόλεσιν ἢ τοῖσι ἰδιώτῃσι λαοῖσι, ἢ καὶ ἀγαθὰ ἢ κακά, [3] μὴ διὰ ταῦτα ἁμαρτάνω, εἰσὶ καὶ κρίνουσι ὀρθῶς τὰ τοιαῦτα ἀκριβέα τέχνῃ ἐχόμενοι. [5] ὁκόσα δὲ ἡ ψυχὴ τοῦ σώματος παθήματα ἀποσημαίνει, πλησμονῆς ἢ κενεώσιος, [6] ἐπιτε-

Quisquis de his, quæ in somnis obveniunt, recte conjectat, magnam habebit ad omnia, ipsa reperiet. [2] Anima enim vigilat, [3] & quum quidem corpori inservit, in multas partes distributa, non sui juris est, [4] sed partem aliquam singulis corporis [5] partibus sive sensibus distribuit, auditui, visui, tactui, gressui, actioni, ac omni corporis facultati. [6] Ipsa autem animæ cogitatio sui juris non est. [7] Quum autem corpus quieverit, anima in motu est, & corporis partes perreptans, [8] domum suam gubernat, & omnes corporis actiones ipsa perficit. [9] Nam corpus dormiens non sentit, [10] ipsa vero vigilans [10] cognoscit, ac visibilia videt, & audibilia audit, vadit, tangit, tristatur, animadvertit. [11] In summa, quæcunque corporis aut animæ munia, ea omnia anima ipsa in somno obit. [12] Quicunque igitur hæc recte judicare novit, magnam sapientiæ partem novit.

II. Quæcunque quidem igitur somnia divina sunt, [2] & quædam eventura significant, aut urbibus, aut populo privato, sive bona, sive mala, [3] non ob ipsorum delictum, [4] de hujusmodi sunt qui judicant certam artem habentes. [5] Quæcunque autem corporis affectiones sunt, & anima per ipsas repletionis aut evacuationis [6] rerum

βολὴν τ' ξυμφύτων ἢ μεταβολὴν τ' ἀηθέων, κρίνουσι μὲν καὶ τοῦτο· 7 καὶ τὰ μὲν τυγχάνουσι, τὰ δ' ἁμαρτάνουσι, 8 καὶ ὑδέτερα τούτων γινώσκουσι, διό, τι δὲν γίνεται. 9 εἰδὼς δ' ὅ, τι αὐτὸν ἐπιβλύζουσιν, εἰδὼς ὅτι αὐτὸν ἁμάρτουσι. 10 φυλάσσεσθαι δὲ παραγγέλλοντες, μὴ τι κακὸν λάβοι, 11 ὃ διδάσκουσιν, ὡς χρὴ φυλάξασθαι, ἀλλὰ θεοῖσιν εὔχεσθαι κελεύουσι. 12 καὶ τοῦτο μὲν εὔχεσθαι πρέπον, καὶ λίην ἐσθλὸν. 13 δεῖ δὲ καὶ αὐτὸν ξυλλαμβάνοντα τοῖς θεοῖς ἐπικαλέεσθαι. 14 ἔχει οὕτω περὶ τούτων τοῦτο ὧδε.

III. Ὁκόσα τε ἐνυπνίων τοῖς ἡμερινοῖς πράξιας καὶ ἀνθρώπων ἡ διάνοια ἐς τὸ εὐφρόνιον ἐνυπνιάζεται· ὥσπερ λύει, 2 καὶ ἀποδίδωσι καὶ τὸ πρόπαν ῥοῦμα, ὥσπερ τῇσιν ἡμέρῃσιν ἐπράχθη. ἢ ἐὰν λυθῇ σὺν δικαίῳ πρήγματι, 3 τοῦτο τῷ ἀνθρώπῳ ἀγαθόν. 4 ὑγιείῃ γὰρ σημαίνει· 5 διότι ἡ ψυχὴ ἐμμένει σὺν τοῖσιν ἡμερινοῖσι βιοτεύμασιν, 6 οὔτε πληρωθεῖσα τινι κρηθεῖσα, οὔτε κενωθεῖσα, οὔτε ἄλλῳ ἀδεὶ ἐξαλλαγεῖσα. 7 ὅταν δὲ τοῖς ἡμερινοῖς πράξιας ἐναντιωθῇσι τὰ ἐνύπνια καὶ ἐγγένηται τοιόνδε ἐν τῷ σώματι ἡ μάχη, 8 νίκησε αὐτὸ τοῦτο ξυμβαίνει, παραχλοῖ σημαίνει σὺν τῷ σώματι· 9 καὶ, εἰ μὲν ἰσχυρὰ ἦ, ἰσχυρὸν τὸ κακὸν, εἰ δὲ φαύλη, ἀσθενέστερον. 10 τοιοῦτοι μὲν οἱ περὶ πράξιος, εἴτε δεῖ ἀπαλλάσσειν, εἴτε μὴ δεῖ, ὁκρίνω. 11 τὸ δὲ σῶμα καὶ ἀνθρώπου θεραπεύεσθαι ξυμβουλεύω. 12 πληρωθεὶς γὰρ πνεύματος ἐγκοιλιοῦται, ἀποκλασίς τις ἐγγίνεται, ἥτις ἐπάγει τῷ ψυχῷ. 13 εἰ μὲν οὖν ἰσχυρὸν ἡ τὸ ἐναντιοῦσθαι, ἐμεῖν τε ξυμφέρει ποιέειν, 14 καὶ τροῖσι σιτίοισι κοῦφοις

à natura insitarum excessum, aut consuetorum mutationem præmonstrat, de his quidem itidem judicant, 7 & partim assequuntur, partim aberrant, 8 & de neutris recte sentiunt, cur nam fiant: 9 neque sciunt quando assequuntur, neque quando aberrant, 10 cavere admonentes ne quid mali accidat. 11 Atque hi non docent quomodo cavere oporteat, verum diis supplicare jubent. 12 Et supplicare quidem decorum ac valde bonum est. 13 Oportet autem etiam ipsum opitulari, & deos invocare. 14 De his igitur res hoc modo se habet.

III. Quæcunque insomnia mens hominis in noctem per somnum offert de diurnis actionibus, & reddit quo modo facta sunt, 2 ea quæ seria ac justa in re per diem facta sunt, 3 aut deus quibus consilium initum est: 3 hæc homini bona sunt, 4 sanitatem enim significant, 5 propterea quod anima in diurnis consiliis perseverat, 6 neque repletione, neque evacuatione, neque aliqua alia forinsecus allapsa re, victa. 7 Quum autem insomnia diurnis actionibus adversantur, & de ipsis pugna oboritur, 8 quum sane hoc contigerit, turbationem in corpore significat. 9 Et siquidem fortis fuerit, forte est malum: si vero levis, debilius. 10 De actione quidem igitur, an avertenda sit, sive non, nihil decerno. 11 Verum corpus hominis curari consulo. 12 Repletione enim aliqua intus facta, secretio quædam contigit quæ animam perturbavit. 13 Si igitur fortis fuerit contrarietas, vomitum facere conducit, 14 & cibos leves exhibere

φαίζ

φυσζ ωθσαύξη ἐς ἡμέρας πέντε, 15 ἓ τῖσι ωδε πέπτοισι πολλοῖσι ἓ ὀξίοισι ὀκ ωθσαγωγῆς χρέεσθαι, 16 ἢ τοῖσι γυμνασίοισιν ἐπιγυμνάζεσθαι συμμέτροισι ωθὸς τ ωθσαγωγὴν τ σίτων. 17 λῦε ἢ ἀσθενέστερον τὸ ὑποναυλεῖν μὲν ἡδυσμάτων, ἀφελὸν τ ἡμέων, τὸ τρίτον μέρος ἄφιλε ἓ σίτου. 18 καὶ τοῦτο ἡσυχῆ ωθσάγε πάλιν ἐς πέντε ἡμέρας, 19 ἢ τοῖσι ωδε πέπτοισι πλείοσι ζ, 20 ἢ τοῖσι τ φωνῆς πόνοισι χρέεσθαι, 21 ἓ τοῖσι ἕτοῖσι διὰ χρόνου. 22 ἢ κινησάσθω αὐτῶν ἡ περιττή.

15 hibere ſenſim adjiciendo aliquid ad dies quinque, 15 & deambulationibus multis ac velocibus ſenſim augeſcentibus uti, 16 & exercitiis exerceri moderatis, pro ciborum aſſumptorum ratione. 17 Si vero debilior fuerit contrarietas, detracto vomitu tertiam cibi partem adime, 18 atque hanc ſenſim rurſus ad dies quinque adjice, 19 & deambulationibus preme. 20 Sed & vocis exercitiis utatur, 21 & diis ſupplicet, 22 & turbatio ipſi ſedabitur.

IV. Ἥλιον ἢ καὶ σελήνην, καὶ οὐρανὸν καὶ ἀστέρας, καὶ περιωγὰς καὶ διαγέα, καὶ τρόπον ὁρώμενα ἑκάστα, ὑγιαίνει. 2 ὑγιείην γὰρ τοῦ σώματος σημαίνει ἀπὸ πάντων τ ὑπαρχόντων. 3 ἀλλὰ χρὴ διαφυλάσσειν τοιοῦτον τ ἕξιν τῇ παρούσῃ διαίτῃ. 4 εἰ δέ τι τούτων ὑπεναντίον γίνοιτο, τοῦτο καὶ τοῦ σώματος σημαίνει. 5 ἀπὸ μὲν τ ἰσχυρῶν, ἰσχυρότερον· ἀπὸ ἢ τ ἀσθενεστέρων, κουφότερον. 6 καὶ ἀστρων μὲν αὐτῶν ἐξω περιφορὰς, ἡλίου ἢ μέση, σελήνης ἢ αἱ ωθὸς τὰ κοῖλα. 7 ὅ, τι μὲν ἂν δοκῇ τούτων τ ἄστρων πάσχειν, ἢ βλάπτεσθαι, ἢ ἀφανίζεσθαι, ἢ ἐπίσχεσθαι τ ωδοιόντα, καθ' ὃ τι τὸ μέρος καὶ τῶν ὕδατος ωθσαγίνεται. 8 καὶ, λῦε μὲν κατὰ ἀέρα ἢ νεφέλης τι τ ἄστρων τούτων πάσχον, ἀσθενέστερον· 9 λῦε δὲ κατ' ὕδωρ ἢ χαλάζης, ἰσχυρότερον. 10 σημαίνει δὲ ἀπόκρισιν ἐν τῷ σώματι ὑγρὴν καὶ φλεγματώδεα γινομένην, 11 ἐς τὸ ἔξω περιφορὴν ἐμπεπλακυῖαν. 12 ξυμφέρει τοιαύτῃ τούτῳ τοῖσι τρόποισιν ὁμιλίοισι κεχρῆσθαι πολλοῖσι, 13 ἐξ ὀλίγου ωθσάγοντα, ὅκως ἐξιόρωσις ὡς μάλιστα,

IV. At vero ſolem & lunam, & cœlum ac ſtellas, pura atque agilia ſolito more videre, ſingula bona ſunt. 2 Sanitatem enim corpori ſignificant ab omnibus præſentibus. 3 Verum talem habitum præſenti diæta conſervare oportet. 4 Si vero quid contrarium his fiat, morbum quendam corpori ſignificat: 5 à fortibus quidem, fortiorem: à debilioribus vero, leviorem. 6 Et aſtrorum quidem exterior eſt in corpore circuitus, ſolis vero medius, lunæ autem ad cavitates. 7 Quodcunque igitur horum aſtrorum extingui, aut lædi, aut diſparere, aut ſiſti à circuitu ſuo videtur, juxta illam ipſam partem morbum redundare ſignificat: 8 & ſiquidem ab aëre, aut nebula, aliquod ex ipſis aſtris pati quid horum videt, debiliorem: 9 ſi vero ab aqua, aut grandine, fortiorem. 10 Significat autem ſecretionem in corpore humidam ac pituitoſam factam eſſe, & in externam circumferentiam allapſam eſſe. 11 Conducit itaque huic & curſibus in omni veſtitu uti multis, 12 ſenſim augeſcentibus, ut quam maxime exudet.

13 Item

13 καὶ τοῖσι ἀβιπάτοισιν ἀπὸ τῶ γυμνασίω πολλοῖσί [τε] καὶ ἀναιρέσιοι χρέεσθαι, 14 τῶν τε σιτίων ἀφελόμενον τὸ τρίτον μέρος προσιέναι ἐς πέντε ἡμέρας. 15 εἰ δὲ δοκοίη ἰσχυρὸν εἶναι, καὶ πυρίη χρέεσθαι. 16 δεῖ γὰρ κάθαρσιν διὰ τῆς χρώμαλος ξυμφέρη ποιέεσθαι, διότι τὸ τῆ ἔξω περιφορῆ ἐσὶ τὸ βλάβος. 17 τοῖσι δὲ σιτίοισι χρέεσθαι ξηροῖσι, δριμέσιν, αὐσηροῖσιν, ἀκρήτοισι, 18 καὶ τοῖσι πόνοισι τοῖσι ξηραίνουσι μάλισα.

13 Item deambulationibus ab exercitio multis citra prandium uti, 14 & detracta ciborum tertia parte, ad dies quinque sensim adjiciendo rursus exhibere. 15 Si vero fortius videatur malum esse, etiam fomentis uti: 16 nam per corporis cuticulam purgationem facere expedit, propterea quod in externa circumferentia offensa ac læsio existit. 17 Cibis vero utendum est siccis, acribus, austeris, meracis, 18 & laboribus maxime siccantibus.

v. Εἴ τι δὲ τέτων ἢ σελίνων πάσχοι, 2 εἶσω τῶν ἀνάπαυσιν ποιέεσθαι ξυμφέρει, 3 ἐμέτου χρησόμενον ἀπὸ τῶ δριμέων καὶ ἁλμυρῶν καὶ μαλακῶν σίτων. 4 τοῖσι δὲ τροχοῖσιν ὀξέσι, καὶ τοῖσι ἀβιπάτοισιν ὀξέσι· 5 τοῖσι δὲ τῆ φωνῆς πόνοισι καὶ ἀναιρέσιησι, 6 καὶ ἀφαιρέοντα τῆ ἀφαιρίσι καὶ προσαγωγῆ ὡσαύτως. 7 διὰ τοῦτο δὲ εἶσω ἀνασπάσιον, διότι πρὸς τὰ κοίλα τῆ σώματος βλαπίρον ἐφάνη. 8 εἰ δὲ ὁ κάλως τοιοῦτο πάσχοι, ἰσχυρότερον τοῦτο ἤδη καὶ δυσεξαγωγώτερον. 9 δεῖ δὲ ἀμφοτέρως τὰς ἀνασπάσιας ποιέεσθαι, 10 καὶ τοῖσι δρόμοισι τοῖσί τε κοιλοπέδοισι τροχοῖσι χρέεσθαι, καὶ τοῖσι ἀβιπάτοισι, καὶ τοῖσιν ἄλλοισι πόνοισι πᾶσι. 11 τῶν δὲ σίτων τῆ ἀφαιρέσι, καὶ τῆ προσαγωγῆ ὡσαύτως. 12 ἔπειτα ἐξεμέσαντα αὖθις προσιέναι ἐς πέντε ἡμέρας. 13 εἰ δὲ, εὐδίης ἔσης, θλίβοιτο καὶ ἀσθενέα δοκοίη εἶναι, τότε τῆς ξηρασίης 14 καὶ τῆς ἀσιτίης κωλύειν, 15 σημεῖον κινδύνου ἐς νόσον πίπτειν. 16 ἀλλὰ χρὴ τὰ πόνων ἀφαιρέειν,

v. Si vero quid horum lunas patiatur, 2 revulsionem intro facere conducit, 3 utique vomitu ab acribus, & salsuginosis, ac mollibus cibis, 4 cursibus autem circularibus celeribus, & deambulationibus velocibus. 5 Utendum & vocis exercitio, & prandium auferendum, 6 cibique detractione, ac rursus appositione, eodem modo utendum est. 7 Ob id autem intro revellendum est, quia ad cavitates corporis offensa apparet. 8 Si autem sol tale quid pati videatur, fortius jam malum est, & difficilius exigi potest. 9 Oportet autem in utranque partem revulsiones facere, 10 & rectis cursibus, & curvis, & circularibus uti, & deambulationibus, & aliis laboribus omnibus. 11 Ciborum autem detractione, ac rursus appositione, eodem modo: 12 deinde vomere, & rursus sensim cibos augere, ad dies quinque. 13 Si vero serenitate existente premantur hæc, & debilia esse videantur, & præ siccitate a circuitu suo impediri, 14 periculum significant delabendi in morbum. 15 Verum oportet labores detrahere, 16 &

16 τῇ τε διαίτῃ ὑγροτέρῃ ' καὶ μαλακῇ χρέεσθαι, 17 καὶ λυτροῖσι καὶ ῥᾳθυμίῃ πλείοσι, 18 καὶ ὕπνῳ πολλῷ, μέχρις ἂν κατασήσῃ.

VI. Εἰ δὲ πυρετώδεες δοκέοιεν εἶναι τὸ ἀναῤῥίμφον καὶ θερμόν, χολῆς ἀπόκρισιν σημαίνει. 2 εἰ δὲ καὶ ἀφανίζοιτο τὰ κρηδέμνια, κίνδυνος ἐς μανίην ἐκ τῆς νόσου ἐλθεῖν. 3 εἰ δὲ τρεφθῆναι δοκέοιεν, ' τροπαιῶναι ἐς φυγὴν τὸ ὑπάρχον. 4 φύζην δὲ ποιέει, ' τὰς δὲ διώξας, κίνδυνον μανιώδεα τὸν ἄνθρωπον, ἢν μὴ θεραπεύῃ. 5 ξυμφέρει δὲ πάντας πᾶσι, κάλλιστα μὲν ἰητροῦ κρατηθέντας διαιτᾶσθαι.

6 ' ὧν δὲ μὴ, τῇ ὡς ὕδαλον διαίτῃ χρέεσθαι ξυμφέρει, 7 οἶνον δὲ μὴ πίνειν· " εἰ δ' οὖν, λεπτὸν, μαλακὸν, ὑδαρῆ· 8 ἀπέχεσθαι δὲ δριμέων, ξηραινόντων, θερμαινόντων, ἁλμυρῶν. 9 πόνοισι δὲ τοῖσι κατὰ φύσιν παρεοῦσι χρέεσθαι, 10 καὶ δρόμοισιν εὐημέροισι πλέοσι. 11 τρίψις δὲ μὴ ἔστω, μηδὲ πάλη, μηδὲ ἀλίνδησις. 12 " ὕπνοισι μαλακοῖσιν ἐστω, 13 καὶ ῥᾳθυμίῃσι, πλεῖστον τῶν κατὰ φύσιν πόνων. 14 δεῖπνον δὲ τὸ δεῖπνον παρεπιλείτω. 15 ἀναβαδὸν δὲ καὶ περιπατέειν. 16 ἐμέειν δὲ ἐκ τῆς πυρίης. 17 τελέουσθαι δὲ ἡμερέων μὲν πλήθεϊ. 18 ὅταν δὲ πληρωθῇ, δίς τὸ μὲν ἐμεσάτω ἀπὸ τῶν γλυκέων καὶ ὑδαρέων καὶ κενεφών.

VII. Ὁκόσα δ' τούτων πλανᾶται ἄλλοι ἄλλα μὴ ἐπ' ἀνάγκης, ψυχῆς πάθος τάραξιν σημαίνει ἀπὸ μερί-

16 & diæta humectiore ac molli uti, 17 & balneis ac ocio ampliori, 18 & ſomno longo ac multo, donec malum ſedetur.

VI. Si autem igneum ac calidum eſſe videatur quod ſe illis opponat, bilis ſecretionem ſignificat. 2 Si vero ſuperata hæc diſpareant ac evaneſcant, periculum eſt ad mortem perveniendi ' ex morbo. 3 Si vero 70
verſa ac mutata hæc eſſe videantur, præſentem ſtatum in fugam verti ſignificant. 4 Fugere autem ipſa celeriter, eſſeque qui ea perſequantur, periculum denunciant futuræ inſaniæ hominis, ſi non curatus fuerit. 5 Omnibus autem his conducit, ut veratro purgati, optimam victus rationem inſtituant: 6 ſin minus, ut victu ad aquam tendente utantur: 7 vinum vero non bibant, aut omnino album, tenue, ' molle & aquo- 75
ſum. 8 Abſtineant autem ab acribus, reſiccantibus, calefacientibus, ac ſalſuginoſis. 9 Laboribus ſecundum naturam plurimis utantur, 10 & curſibus in veſtitu plurimis. 11 Friction vero ne fiat, neque lucta, neque volutatio in pulvere. 12 Somnis utatur mollibus, 13 & in ocio degat, exceptis laboribus naturalibus, 14 à cœna deambulet. 15 Bonum eſt & fomentis uti, 16 à fomentis vero vomere: 17 per triginta vero dies non repleatur. 18 ' Quum autem re- 80
pletus fuerit, bis in menſe vomat à dulcibus & aquoſis ac levibus.

VII. Quæcunque autem ex his alias alio præ nulla neceſſitate errant, 2 animæ turbationem quandam præ cura ſignificant.

μερίμνης.[3] ξυμφέρει ἢ τοῦτο· ἀναμνήσαί τι [4] καὶ τὴν ψυχὴν τρέψαι πρὸς θεωρίαν, [5] μάλιστα μὲν πρὸς τοὺς φερομένους γελωτας. [6] εἰ δὲ μή, ὅ, τι μάλιστα ἡδόμενος θεασόμενος, ἡμέρας δύο ἢ τρεῖς, καὶ κενωθήσεται. [7] εἰ δὲ μή, κίνδυνος ἐς νοῦσον πίπτειν.

IIX. Ὅ, τι δ' ἂν ἐκ τῆς περιφορῆς ἐκπίπτειν δοκῇ τῶν ἄστρων, [2] ἐκόσα μὲν καθαρὰ καὶ λαμπρὰ καὶ πρόσω δοκεῖ φέρεσθαι, ὑγείην σημαίνει. [3] ὅ, τι γὰρ ἐν τῷ σώματι καθαρὸν ἐὸν, ἐκκρίνεται ἐκ τῆς κατὰ φύσιν [23] ἀφ' ἑσπέρας πρὸς ἕω, ὀρθῶς ἔχει. [4] καὶ γὰρ τὰ ἐς τὴν [24] κοιλίην ἀποκρινόμενα, καὶ τὰ ἐς τὴν σάρκα ἀπορρυήμενα, ἅπαντα ἐκ τῆς κατὰ φύσιν ἐκπίπτει. [5] ὅσα, τι δ' αὖ τούτων μέλανα καὶ ἀμυδρὸν καὶ [25] πρὸς ἑσπέρην φέρεσθαι ἢ ἐς τὴν θάλασσαν, ἢ ἐς τὴν γῆν, ἢ ὕδωρ, μᾶλλον τοῦτο σημαίνει τὰς νόσους. [6] τὰ μὲν ὕδωρ φερόμενα, [7] ῥεῦμα κεφαλῆς ἐστὶ δηλοῦν. [7] ὁκόσα δὲ ἐς θάλασσαν, κοιλίης νοῦσον. [8] ὁκόσα δ' ἐς γῆν, ἐκφύματα μάλιστα σημαίνει, τὰ ἐν τῇ σαρκὶ φύματα. [9] τούτοισι ξυμφέρει τὸ τρίτον μέρος ἐξαιρεῖν ἀφελόντα. [10] ἐμέσιον δὲ προσφέρειν ἐς ἡμέρας πέντε. [11] ἐν ἄλλοισι δὲ πέντε, κοιμίσασθαι τὰ σίτια πέντε, [12] καὶ ἐμέσιον πάλιν προσφέρεσθαι καὶ τὸν αὐτὸν τρόπον.

IX. Ὅ, τι δ' αὖ τούτων ὑγιεινοῖσιν ἐφίζεσθαι δόξῃ σοι, [26] καθαρὸν καὶ ὑγιὲς ἐὸν, ὑγιείην σημαίνει. [2] διότι ἐν ἐξαιρέσιος ἐς τὸν ἄνθρωπον κατελθόν ἐστι. [3] τοιοῦτον δὲ ὁρᾷ καὶ ἡ ψυχὴ, οἷόν περ ἐσέλθῃ. [4] ὅ, τι δ' αὖ μέλαν ἢ καὶ

[21] cant. [3] Confert autem huic ocium, [4] & animum converti ad ſpectacula, [5] maximè riſum [22] moventia: [6] quod ſi fieri non poſſit, ad id ex quo ad biduum aut triduum maximè voluptatem capiat, & ſedabitur. [7] Sin minus, periculum eſt delabendi in morbum.

IIX. Quæcunque aſtra ex circumferentia excidere videntur, [2] ſuntque pura & ſplendida, & ultra ac prorſum ferri videntur, ſanitatem ſignificant. [3] Quicquid enim in corpore purum ex circuitu excernitur ſecundum naturam, à veſpera in auroram, id ipſum rectè habet. [4] Nam & quæ in ventre ſecernuntur, & quæ in carnem erumpentur, omnia ex circuitu ac circumferentia excidunt. [5] Quæcunque vero nigra & obſcura ſunt, & ad veſperam ac occaſum ferri videntur, aut in mare, aut in terram, aut ſurſum, ea magis morbos ſignificant. [6] Et quæ quidem ſurſum feruntur, fluxum capitis ſignificant. [7] Quæ vero in mare, ventris morbos. [8] Quæ in terram, tubercula maximè ſignificant ex carne enaſcentia. [9] His conducit tertiam cibi partem detrahere, [10] & à vomitu, ad dies quinque eandem rurſus ſenſim adjiciendo exhibere, [11] in aliis autem quinque diebus cibos omnes aſſumere, [12] & vomitu facto, rurſus eodem modo cibus ſenſim auctus exhibeatur.

IX. Quæcunque vero ex his pura & candida in cœlo hærere videbuntur, ſanum eſſe ſignificant, [2] quia quod in hominem deſcendit, ex æthere eſt. [3] Tale autem videt anima, quale ſane deſcenderit. [4] Quæ autem nigra

καὶ μὴ καθαρὸν ᾖ ἢ ἀφανὲς, 27 νοῦσον σημαίνει, 5 οὔτε ἀφὰ πλησμονὴν, οὔτε ἀφὰ κένωσιν, ἀλλ' ἔξωθεν ἐπαγωγῆς. 6 ξυμφέρει δὲ τούτῳ τροχοῖσιν ὀξέσι χρέεσθαι· 7 ὅκως σιώτηξις μὲν ὡς ἐλαχίστη τοῦ σώματος γένηται, 8 πυκνότατον δὲ ὡς πυκνοτάτῳ χρεόμενον ἐκκρίνῃ τὸ ἐπιμιγὲν· 9 ἀπὸ δὲ τῶν τροχῶν, περιπατησίοισιν ὀξέσιν. 10 ἡ δὲ δίαιτα μαλακὴ καὶ κόφη προσφέρηται ἐς ἡμέρας τέσσαρας.

x. Ὅ, τι δ' ἂν λαμβάνῃ τις θεῖον ἀπὸ θεοῦ καθαρὸν, ἀγαθὸν πρὸς ὑγείην. 2 σημαίνει γὰρ τὸ ἐπιὸν εἰς τὸ σῶμα εἶναι καθαρά. 3 ὃ, τι δ' ἂν τούτου τὸ ἐναντίον δοκῇ ὁρᾶν, οὐκ ἀγαθόν. 4 νοῦσον γὰρ ἐς τὸ σῶμα σημαίνει ἐληλυθέναι. 5 χρὴ οὖν, ὡς τὸ πρότερον, θεραπεύεσθαι καὶ τοῦτον.

xi. Εἰ δὲ δοκοίη ὕδασι ὑδρηλοῖσι καλλικῶν ἐν αὐλῇ καὶ μὴ σφόδρα βρέχεσθαι, μηδὲ ἰσχνῶς χειμάζειν, ἀγαθόν. 2 σημαίνει γὰρ σύμμετρον καὶ καθαρὸν τὸ πνεῦμα ὂν ἐκ τοῦ θεοῦ ἐσεληλυθέναι. 3 εἰ δὲ τούτων ταὐναντία, σφόδρα ὕδασι καὶ χειμῶνα καὶ ζάλλον εἶναι, ὑδρηλή τε μὴ καθαρῶ, νοῦσον σημαίνει ἀπὸ τοῦ πνεύματος τοῦ ἐπισκήπτοντος. 4 ἀλλὰ χρὴ καὶ τοῦτον ὡσαύτως διαιτᾶσθαι, σιτίοισί τε ὀλίγοισι πάντα τούτους. 5 περὶ μὲν [οὖν] τῶν ἀστρονικῶν σημείων ὧδε χρὴ γινώσκοντα σκοπεῖσθαι, καὶ ἐπιδιαιτᾶσθαι, καὶ τοῖς θεοῖς δεῖσθαι. 6 ἐπὶ μὲν τοῖσιν ἀγαθοῖσιν, Ἡλίῳ, Διὶ ἐρκείῳ, Διὶ κλησίῳ, Ἀθηναίῃ κλησίῃ, Ἑρμῇ, Ἀπόλλωνι· 7 ἐπὶ δὲ τοῖσιν ἐναντίοισι, τοῖσιν δοπέρκοισι, καὶ

fuerint, & non pura, neque conſpicua, morbum ſignificant, 5 non propter repletionem, neque evacuationem, ſed forinſecus inductum. 6 Huic confert curſibus circularibus velocibus uti, 7 quo quam minima corporis colliquatio fiat, 8 & ſpiritu quam denſiſſimo utens, id quod inductum eſt excernat: 9 à curſibus autem deambulationibus celeribus utendum eſt. 10 Victus autem mollis & levis ad dies quatuor offeratur.

x. Quicquid porro à deo accipere quis ſibi videtur purum, bonum eſt ad ſanitatem. 2 Significat enim ea quæ in corpus ingeſta ſunt pura eſſe. 3 Quicquid vero huic contrarium videre quis putat, non eſt bonum. 4 Morbum enim in corpus veniſſe ſignificat. 5 Oportet igitur velut priorem etiam hunc curari.

xi. Si quis ſe complui putet clementi cœlo, aqua molli, & non valde madefieri, neque vehementem tempeſtatem ingruere, bonum eſt: 2 ſignificat enim moderatum ac purum ſpiritum ex aëre ingreſſum eſſe. 3 Si vero vice verſa, valde complui quis ſibi videatur, & tempeſtatem ac turbinem eſſe, idque aqua non pura, morbum deſignat à ſpiritu qui in ipſo eſt. 4 Verum oportet etiam hunc ſimili diæta uti, & omnes hos pauco cibo ali. 5 De ſignificationibus quidem igitur aſtrorum ſic judicare oportet, providereque ac diætam ſtatuere, & diis ſupplicare, 6 in ſecundis quidem rebus Soli, Jovi cœleſti, Jovi poſſeſſori, Minervæ opulentæ, Mercurio, Apollini; 7 in contrariis vero, diis malorum averſoribus, & terræ,

Magni Hippocratis Coi Opera omnia graece et latine edita... industria ac ... - page 677 sur 917

γῆ, καὶ ἤρωσιν, ἀποξέπτυμα γλυκέος τὰ χολώδεα παύεται.

XII. Πρόσημα δὲ καὶ τάδε ὑγιείης, [2] τῶν ἐπίσης ὀξὺ ὁρᾶν καὶ ἀκούειν, [3] ἀδεῶς τε βαδίζειν καὶ ἀσφαλῶς, καὶ τρέχειν ἀσφαλῶς καὶ ἄτερ φόβου, [4] καὶ τὴν γῆν ὁρᾶν λείην καὶ καλῶς εἰργασμένην, [5] καὶ τὰ δένδρεα θαλλόντα καὶ πολύκαρπα καὶ ἄμισχα, [6] καὶ ποταμοὺς ῥέοντας κατὰ τρόπον καὶ ὕδατα καθαρὰ ἀφθονέως, μήτε πλείονι μήτε ἐλάττονι ἢ ὡσαύτως, [7] καὶ τε κρήνας καὶ τὰ φρέατα ὡσαύτως. [8] τούτων πάντων ἕκαστος ὁρώμενος σημαίνει ὑγιείην τῷ ἀνθρώπῳ, [9] καὶ τὸ σῶμα πάσας τε τὰς ἐξόδους καὶ τὰς ἀναγωγὰς καὶ τὰς ἀποκρίσεις καὶ τρόπον εἶναι. [10] εἰ δέ τι τούτων ἐναντιώτερον εἴη τοῦτο, βλάβην σημαίνει τι καὶ τοῦ σώματος. [11] ὄψιος μὲν καὶ ἀκοῆς βλάπτει μᾶλλον, κατὰ τοῦτο καὶ φαυλότερον σημαίνει. [12] τοῖσιν οὖν ὀρθρίοισι περιπάτοισι, καὶ τοῖσιν ἀπὸ δείπνου πλέοσι χρηστέον, καὶ τῇ ἀνωτέρῃ διαίτῃ. [13] τῶν δὲ κενεώσεων ὁκοῖαι βλάπτουσιν, ἐμέτοισιν αὖ πλείοσι καὶ τῇ παύλῃ πλείοσι χρηστέον καὶ τῇ ἀνωτέρῃ διαίτῃ. [14] γῆν δὲ τραχεῖαν καὶ κρεωδεστέρην σημαίνει. [15] τοῖσιν οὖν ἀπὸ γυμνασίων περιπάτοισι πλείοσι πονητέον. [16] δένδρων δὲ ἢ ἀκαρπίη σπέρμα φθορὴν ἀνθρώπου σημαίνει διαφθορὴν δηλοῖ. [17] ὧν μὲν οὖν φύλλορροούντων ἢ τὰ δένδρα, κατὰ τοῦτο ὑγρῶν καὶ ψυχρῶν βλάπτει. [18] ὧν δὲ τεθηλημένα [μὴ] ἄκαρπα ἢ ἦ, ὑπὸ τοῦ θερμῶν καὶ ξηρῶν. [19] τὰ μὲν οὖν τοῖσι διαιτήμασι χρὴ ψυχρὰ καὶ θερμαίνειν καὶ θερμὰ καὶ ψύχειν καὶ ὑγραίνειν.

XIII. Ποταμοὶ δὲ μὴ κατὰ τρόπον γινόμενοι, αἵματος σημαίνουσι

terræ, & heroibus, quo mala ac gravia omnia avertant.

XII. Cæterum & hæc sanitatem præsignant. [2] Nimirum ea quæ in terra fiunt, acute videre, & audire, [3] & secure iter facere, & secure ac citra timorem currere: [4] & videre terram lævem ac probe cultam, [5] & arbores florentes, fructuosasque ac sativas, [6] & flumina solito more fluentia, & aqua pura, neque copiosiore, neque pauciore quam conveniens est: [7] item fontes & puteos eodem modo. [8] Hæc omnia sic visa, sanitatem homini designant, [9] & corpus recte habere, omnesque circuitus, & exhibitiones ciborum, ac secretiones, integras esse. [10] Si vero quid his contrarium videatur, detrimentum aliquod in corpore significat. [11] Et visus quidem ac auditus læsus, morbum circa caput significat. [12] Itaque matutinis deambulationibus, itemque à cœna pluribus utendum est, ad superiorem diætam. [13] Cruribus vero læsis, vomitibus revellendum est, & lucta ampliore utendum, ultra superiorem diætam. [14] Terra autem aspera, carnem non puram significat: [15] quare deambulationibus ab exercitiis pluribus utendum est. [16] Arborum vero sterilitas, seminis humani corruptionem indicat. [17] Si igitur folia arboribus decidant, ab humidis ac frigidis corpus læditur. [18] Si vero floridæ sint arbores, verum infructuosæ, à calidis & siccis: [19] hæc igitur per diætam frigefacere ac humectare oportet, illa vero siccare ac calefacere.

XIII. Flumina autem non solito more fluentia, sanguinis circui-

σημαίνουσι. 2 πλέον μὲν ῥέοντες, ὑπερβάλλω· ἔλαττον δὲ ῥέοντες, ἐλλείψιν. 3 δεῖ οὖν τῇ διαίτῃ, τὸ μὲν αὐξῆσαι, τὸ δὲ μειῶσαι. 4 μὴ καθαρὸν δὲ ῥέοντες, παραχωρέω σημαίνουσι. 5 καὶ διαῤῥέοντες δὲ ὑπὸ τῶν περιπάτων καὶ τῶν ἐπιτηδευμάτων, πυκνοῖ τὴν κοιλίην ἀνακινοῦν μα. 6 Κρήνην δὲ καὶ φρέαρ θεωμένους, πυθόμενον αὖ τὸ ὕδωρ σημαίνει. 7 ἀλλὰ χρὴ τοῖσι ἐρηκασίοισι καθαίρειν. 8 Θάλασσαν παραχορεομένην κοιλίης νόσον σημαίνει. 9 ἀλλὰ χρὴ τοῖσι λιχνηκασίοισι καὶ κόφοισι καὶ μαλακοῖσιν ὑπαγαθαίρειν.

XIV. Γῆν κινεομένην θεωμένην, ἢ οἰκίην, 2 ὑγιαίνοντι μὲν ἀνδρὶ ἀσθένειαν σημαίνει, 3 νοσεῦντι δὲ ὑγείην καὶ μεταβολὴν ἐς ὑπάρχοντος. 4 τῷ μὲν οὖν ὑγιαίνοντι μεταβῆναι τὴν διαίταν ξυμφέρει. 5 ἐμεσάτω [δὲ] πρῶτον, [καὶ] ἔπειτα ἀραιὸν, αὖθις, καὶ μικρόν. 6 ἀπὸ γὰρ τῆς ὑπαρχούσης κινέεται ἅπαν τὸ σῶμα. 7 τῷ δὲ ἀσθενοῦντι ξυμφέρον, χρέεσθαι τῇ αὐτῇ διαίτῃ. 8 μεθίεται γὰρ καὶ τὸ σῶμα ὑπὸ τῆς πεπεισμένης. 9 Καθαλυζομένην γῆν ὑπὸ πνεύματος ἢ θαλάσσης ὁρῶν, νόσον σημαίνει, 10 ὑγρασίης πολλῆς ἐνεούσης ἐν τῷ σώματι. 11 ἀλλὰ χρὴ τοῖσι ἐμέτοισι, καὶ τῇ ἀναῤῥίψει, καὶ τοῖσι πόνοισι, καὶ τοῖσι ξηροῖσι διαιτήμασι χρέεσθαι. 12 ἔπειτα προσάγοντα ὀλίγον, καὶ ὀλίγον.

XV. Ἀλλ' οὐδὲ μέλαιναν γῆν ὁρῶν, οὐδὲ κατακεκαυμένην, δεινὸν ἀγαθὸν, 2 ἀλλὰ κίνδυνον ἰσχυρῆς νοσήσιος. 3 ξηρασίης γὰρ ὑπερβολὴν σημαίνει εἶναι ἐν τῇ σαρκί. 4 ἀλλὰ χρὴ καὶ πόνους ἀφιλέειν,

circuitum significant, 2 & auctiora quidem fluentia, exceſſum: inminuta vero, defectum. 3 Oportet itaque per diætam hunc quidem augere, illum vero imminuere. 4 Non pura autem fluentia, turbationem ſignificant, 5 quæ à curſibus circularibus & deambulationibus, corpore per denſum ſpiritum moto, purgatur. 6 Fontes vero & putei commoti conſpecti, flatus circa veſicam ſignificant, 7 quos medicamentis urinam cientibus expurgare oportet. 8 Mare perturbatum, ventris morbum ſignificat, 9 ſed oportet alvum moventibus, levibuſque ac mollibus expurgare.

XIV. Terram aut domum moveri videre, 2 ſano quidem viro debilitatem ſignificat, 3 ægrotanti vero ſanitatem, & ex præſenti ſtatu tranſmotionem. 4 Sano itaque tranſmutare diætam conducit. 5 Itaque primum vomat, & rurſus, ubi paulatim cibum aſſumpſit: 6 à præſenti enim diæta totum corpus movetur: 7 debili vero eadem diæta uti conducit: 8 nam corpus ex præſenti ſtatu tranſit. 9 Terram ab aqua aliqua aut mari inundatam videre, morbum ſignificat, 10 humiditate multa in corpore exiſtente. 11 Verum oportet vomitibus, & prandii detractione, & laboribus & ſicco victu uti, 12 deinde ſenſim adjiciendo, ac modico cibo renutrire.

XV. Sed neque nigram, neque combuſtam terram videre bonum eſt, 2 ſed periculum eſt delabendi in fortem ac lethalem morbum. 3 Siccitatis enim exceſſum in carne eſſe ſignificat. 4 Verum oportet & labores detra-

Magni Hippocratis Coi Opera omnia graece et latine edita... industria ac ... - page 679 sur 917

Ξ τε σίτῳ ὀκόσα ξηρά τε καὶ θερμὰ καὶ δριμέα καὶ ἀρτηκά. 5 ″ διαγ- 37
νῶναι δὲ τῆς τε πλησμόνης καὶ δέφειν τὴν γαστέρα, 6 καὶ πᾶσι τοῖσι μαλακοῖσι καὶ κέφοισιν ὀλίγοισι. 7 πολλῷ [δὲ] χρέεσθαι ὑδαρέι λευκῷ πλείονι, 8 [καὶ] λιβάδεσσι παλαιοῖσι θερμοῖσιν. 9 ἀλλὰ μὴ ἄσιτον λούεσθαι. 10 μαλακυνέσθω [καὶ] ῥαθυμείσθω. 11 ψύχεα καὶ ἥλιον φυλασσέσθω. 12 ἀνέχεσθαι δὲ γῆς, καὶ ἐρεμίης, καὶ πόσιος ἥρωσιν. 13 Εἰ δὲ κολυμβέοι ἐν λίμνῃ, ἢ ἐν θαλάσσῃ, ἢ ἐν ποταμοῖσι δοκέῃ, ἐκ ἀγαθόν. 14 ὑπερφυλλοῖ γὰρ ὑγρασίης σημήιον. 15 ξυμφέρει δὲ τάυτῃ, ″ τῇ 38
διαίτῃ ξηρῇ, τοῖσί τε πόνοισι χρέεσθαι. 16 πυρέτιον δὲ ἀγαθόν. 17 σβέννυται γὰρ τὸ θερμὸν ὑπὸ τῶν ὑγρέων. 18 ὅ, τι δ' ἂν τις πρὸς αὐτὸν ὁρᾷ καὶ τρόπον γινόμενον ποὸς τὴν φύσιν τὴν ἑωυτοῦ, μήτε μέιζω, μήτε ἐλάσσω, ἀγαθὸν πρὸς ὑγείην ἐστί. 19 καὶ ἐσθῆτα λευκὴν ἐνδεδύσθαι, καὶ ὑποδέεσθαι τὴν καλλίστην, ἀγαθόν.

XVI. ″Ο, τι δ' ἂν εἴη μεῖζον 39
τῶν μελέων, ἐκ ἀγαθόν· 2 ἀλλ' ἔσον, ὁκοῖόν κεν εἴη ἔλασσον. 3 καὶ χρὴ, τὸ μὲν ὠφελέοντα διαίτῃ, τὸ δὲ μιῆσαι. 4 τὰ δὲ μέλαινα, νοσερώτερά τε καὶ ἐπικινδυνώτερα. 5 ἀλλὰ χρὴ μαλάσσειν καὶ ὑγραίνειν. 6 καὶ τὰ καινὰ μεταβολὴν σημήνει. 7 τοὺς δὲ τεθνεῶτας ὁρᾶν καθαροὺς ἐν ἱματίοισι λευκοῖσιν, ἀγαθόν. 8 καὶ λαμβάνειν τι παρ' αὐτῶν καθαρὸν, ἀγαθόν. 9 ὑγείην μὲν σημήνει καὶ τὰ σώματα καὶ τὰ ἐσθήματα. 10 ἀπὸ μὲν τῶν τεθνεώτων καὶ τροφαὶ καὶ αὐξήσιες καὶ γυναικὸς ἀνέρι γίνονται. 11 τοῦτο δὲ καθαρὸν εἰσέρπειν ἐς τὸ σῶμα, ὑγείην σημήνει. 12 εἰ δὲ τις ἀντιλέγοι

here, & cibos qui ſicci & calidi, & acres ac urinam cientes ſunt: 5 nutrireque ptiſanæ ſucco decocto, 6 & omnibus mollibus ac levibus modicis: 7 & potu uti aquoſo, albo, copioſiore: 8 & balneis multis calidis: 9 ſed jejunus ne lavet, 10 molliter cubet ac dormiat, & in ocio degat: 11 frigus & ſolem vitet. 12 Supplicet autem Terræ, & Mercurio, & Heroibus. 13 Si vero in ſtagno, aut in mari, aut in fluminibus natare quis ſibi videatur, non eſt bonum, 14 humiditatis enim exceſſum ſignificat. 15 Confert autem huic & diæta ſicca, & laboribus uti: 16 febricitanti vero id bonum eſt, 17 extinguitur enim caliditas ab humoribus. 18 Quicquid porro quis circa ſeipſum videt ſolito more fieri, ad naturam ſuiipſius, neque majus, neque minus, bonum eſt ad ſanitatem. 19 Et veſtitum album indutum eſſe, & calceamentum pulcherrimum, bonum eſt.

XVI. Quicquid vero membris majus fuerit, bonum non eſt: 2 ſed neque quodcunque tandem fuerit minus: 3 oportet hoc quidem per diætam augere, illud vero minuere. 4 Nigra autem morboſiora ſunt, & periculoſa. 5 Mollire itaque oportet & humectare. 6 Nova quoque tranſmutationem ſignificant. 7 Mortuos videre puros in veſtibus albis, bonum eſt, 8 & accipere aliquid ab ipſis purum, bonum eſt. 9 Sanitatem enim ſignificat corporum, & ſalubritatem ingeſtorum: 10 à mortuis enim nutrimenta, & incrementa, ac femina fiunt. 11 Hæc autem pura in corpus irrepere, ſanitatem ſignificat. 12 Si vero contra quis

videat

πὸς ὁρῶν, ἢ μεμυὸς ἢ μελανοσίμους; ἢ μὴ καθαρὸς, ἢ λαμβάνοντας τι, ἢ φέροντας ἐκ τ οἰκίας, ἐκ ἐπιτήδειον. [13] σημαίνει γὰρ νόσον. [14] τὰ γὰρ ἐσιόντα ἐς τὸ σῶμα βλαβερά. [15] ἀλλὰ χρὴ τοῖσι περιπατοῖσι [τε] καὶ τοῖσι ἀναπαύμασιν λαπαρῶς χρῆσθαι, [16] καὶ τῇ τροφῇ τῇ μαλακῇ τε καὶ κούφῃ σφόδρα ὀλίγην ἐμέσιος.

videat ipsos nudos, aut [1] nigris vestibus indutos, aut non puros, aut aliquid accipientes, aut ex domo portantes, non est commodum. [13] Morbum enim significat: [14] quæ enim in corpus ingeruntur, nociva sunt. [15] Verum oportet cursibus circularibus & deambulationibus depurgari, [16] & alimento molli ac levi à vomitu sensim nutriri.

XVII. Ὁκόσα δὲ ἀλλόμορφα σώματα φαίνεται ἐν τοῖσιν ὕπνοισι καὶ φοβοῖ τὸν ἄνθρωπον, [2] σίτων ἀσιτήτων σημαίνει πλησμονὴν καὶ ἀποκένωσιν, καὶ χολέρην, καὶ νοῦσον κινδυνώδη. [3] ἀλλὰ χρὴ ἐμέσιον πεπωκότα, [4] καὶ ὡσαύτως ἀριστοποιεῖν ἐς ἡμέρας πέντε σιτίοισιν ὡς κουφοτάτοισι, μὴ πολλοῖσι, μηδὲ δριμέσι, μήτε τοῖσι ξηροῖσι, μήτε τοῖσι θερμοῖσι, [5] καὶ τῶν πόνων τοῖσι κατὰ φύσιν μάλιστα, πλὴν τῶν ἀπὸ δείπνου περιπάτων. [6] χρίεσθαι δὲ καὶ λιπαροῖσι καὶ θερμολουτήσι, καὶ ῥαθυμίησιν. [7] ἥλιον δὲ καὶ ψύχος φυλάσσεσθαι.

XVII. Quæcunque vero formæ peregrinæ corpora in somnis apparent, & hominem perterrent, [2] ciborum inconsuetorum replerionem, [1] & secretionem, [170] & bilis superne ac inferne eruptionem, & morbum periculosum significant. [3] Verum oportet vomitum facere, [4] & ad dies quinque cibos quam levissimos non multos, neque acres, neque siccos, neque calidos sensim adjiciendo accipere, [5] & laboribus naturalibus maxime uti, exceptis deambulationibus à cœna. [6] Utendum etiam balneis ac calidis lavacris, & ocio. [7] Solem vero & frigus vitet.

XIIX. Ἢν δέ τις ἐν τῷ ὕπνῳ ἐδῇσι δοκέῃ, ἢ πίνῃ τῶν σιτίων ἢ ποτέων, [2] ἐνδείην σημαίνει τροφῆς, καὶ ψυχῆς ἀθυμίην. [3] κρέα δὲ, τὰ μὲν ἰσχυρότατα, μεγίστης καταβολῆς· τὰ δὲ ἀσθενέστατα, ἐλάχιστον. [4] ὥσπερ γὰρ ἐδώδιμόν ἐστιν ἀγαθὸν, οὕτω καὶ ὀφθὲν τοιοῦτον. [5] ἀφαιρέειν οὖν τῶν σιτίων ξυμφέρει. [6] τροφῆς γὰρ ὑπερβολὴν τοῦτο σημαίνει. [7] ἀλλὰ καὶ ἄρτοι πυρῶν καὶ μέλιτι πεποιημένοι καθ' ὕπνους ἐδώδιμοι, ὡσαύτως σημαίνουσιν. [8] ὕδωρ δὲ πρόπινον πινόμενον, ἀγαθόν. [9] τὰ δὲ ἄλλα πάντα βλάπτει.

XIIX. Si vero quis per [1] somnum edere aut bibere consuetos cibos ac potus sibi videatur, [2] inopiam alimenti significat, & animæ tristitiam. [3] Et si carnes robustissimas quis edere se putet, maximum alimenti excessum designat: si vero debilissimas, minorem. [4] Quemadmodum enim id quod editur bonum est, sic etiam id quod videtur. [5] Cibos igitur detrahere conducit. [6] Nam alimenti excessum hoc significat. [7] Sed & panes ex caseo ac melle [1] facti per somnum comesti, [180] similiter significant. [8] Aquam autem puram bibere bonum est, [9] reliqua omnia nociva sunt.

Magni Hippocratis Coi Opera omnia graece et latine edita... industria ac ... - page 681 sur 917

45 XIX. Ὁκόσα ἂν δοκῇ ὁ ἀν-
θρωπος θεωρεῖν τῶν σωμάτων, ψυ-
χῆς ἐπιθυμίαν σημαίνει. 2 ὁκόσα
ἂν φόβῳ πεφοβημένος, ἔκπληξιν 41
ἢ αἵματος σημαίνει ὑπὸ ξηρασί-
ης. 3 ξυμφέρει δὲ ψύξαι καὶ
ὑγράναι τὸ σῶμα.

XX. Ὁκόσοι ἂν ἢ μάχῃ, ἢ πλη-
γέντες, ἢ ξυνδεόμενοι ὑπ' ἄλλων, 2
διάκρισιν σημαίνει ὑπεναντίην
τῇ προσούσῃ τῷ σώματι. 3 ξυμφέρει οὖν ἐμέειν, καὶ ἰσχναίνειν,
καὶ περιπατέειν, καὶ σιτίοισι κού-
φοισι χρέεσθαι, καὶ προσάγειν
οὐκ ἐμέτους ἐς ἡμέρας πέντε. 4 ἀλ-
λὰ καὶ παλάνοι καὶ ἀναβάσιες ὀνει-
ράτων, χαλεπὰ ταῦτα
σημαίνουσι.

XXI. Ποταμῶν διαβάσιες, καὶ
ἀπαλλαγαὶ καὶ πολέμιοι, καὶ τέρα-
τα ἀλλόμορφα, νοῦσον σημαίνει,
ἢ μανίην. 2 ξυμφέρει οὖν τοῖς τοι-
αὐτοισὶ ἁλωβήτοισι, σιτίοισιν
ὀλίγοισι κούφοισί τε καὶ μαλακοῖ-
σι χρέεσθαι, 3 καὶ ἐμέτοισι προσά-
γειν κατὰ ἡμέρας πέντε. 4 καὶ
τοῖσι πόνοισι τοῖσι κατὰ φύσιν πολ-
5 λοῖσι χρέεσθαι, πλὴν ἀπὸ δεί-
πνου. 5 θερμολουσίῃ δὲ, ἡσυχίῃ,
ῥᾳστώνῃ, ἥλιον φυλάσσεσθαι. 6
τούτοισι χρώμενος, ὡς μάλιστα
ὑγιαίνει τὸν βίον. 7 καὶ εὕρηκα μοι
δίαιταν, ὡς δυνατὸν μάλιστα εὑρεῖν ἄνθρω-
πον ὄντα, ξὺν τοῖσι θεοῖσιν.

XIX. Quæcunque homo ex consuetis ac familiaribus se videre putat, ea animæ concupiscentiam significant. 2 Quæcunque vero fugit perterrefactus, sanguinem sisti ac præ siccitate coerceri significant. 3 Confert itaque frigefacere ac humectare.

XX. Quum vero quis pugnat, aut pungitur, aut ab alio ligatur, 2 secretionem circuitui contrariam corpori contigisse significat. 3 Conducit igitur vomere, & attenuate ac deambulare, & cibis levibus uti, & à vomitu ad dies quinque sensim renutrire. 4 Quin & oberrationes & ascensus in somnis visi, gravia significant.

XXI. Fluminum transitiones, & hostes armati, monstra formæ peregrinæ, morbum aut insaniam significant. 2 Confert itaque his qui talibus insomnis vexantur, cibis modicis uti levibusque ac mollibus, 3 itemque vomitibus, atque sic sensim rursus ad dies quinque cibum exhibere. 4 Utendum & laboribus naturalibus multis, præterquam à cœna. 5 Calida lavacra & ocium, frigusque ac solem vitent. 6 Qui igitur his, quemadmodum conscripta sunt, utetur, vitam sanus deget: 7 & inventa est sane à me hæc ipsa diæta, quantum possibile est humano ingenio excogitare, diis auxiliantibus.

ΙΠΠΟ-

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΥΓΙΕΙΝΟΝ ΠΡΟΣ Δημήτριον βασιλέα.

HIPPOCRATIS DE SANITATE TVENDA ad DEMETRIVM regem.

Basil. græc. Foesius sect. IV. 3. 337. Basil. lat.

pag 530

ΙΠΠΟΚΡΑΤΗΣ Κῶος βασιλεῖ Δημητρίῳ χαίρειν. [2] ἡμεῖς μὲν καὶ πρότερον σπουδάζοντες, ὦ βασιλεῦ, περὶ τῆς ἀνθρωπίνης φύσιος σὺν κεφαλαίῳ ἐπιῤῥήσαμεν τὰ μέρη, τοῦτο ξυγγράψαντες, καὶ δὴ καὶ σοὶ ἐξίωσαμεν, ἀποστείλαντι. [3] νῦν δὲ, περὶ ὧν δεῖ μάλιστα σπουδάζειν τοὺς ἐμφρονας, ἡμεῖς, τὰ μὲν καὶ αὐτοὶ τε πρότερον παρειληφότες, τὰ δὲ καὶ τοῦτο αὐτοὶ προσεξευρίσκοντες, γεγράφαμέν σοι. [4] οἷς σὺ, τῶν προτέρων ἀῤῥωστημάτων σημείοις χρώμενος ἐπακολουθῶν καὶ χρώμενος πολυτρόπως, αἰῶνος οὐδενὸς τὸ ἄπειρον χρόνον. [5] ἔστι δὲ δύο γένη ἀῤῥωστιῶν ἀπάντων ζώων· ἡ μὲν καθ' ἕν γένος, ἡ δὲ καθ' ἕτερος, ἀνόμοια. [6] τὰς δὲ ἐπιθυμίας τὰς κατὰ τὸ προφὰν ἐκ τῶν ἐναντιωμάτων ὄψῃ [7] ἐκδεχομένων τῶν κενουμένων τὰ πληρούμενα, τὰ πληρούντων τὰ κενά. [8] τοὺς δὲ νόσους ἀπάντων ἐξ ἐναντιωμάτων ὄψῃ κατεστηκότας, [9] καὶ νόσους ὑπὸ νόσων γινομένους. [10] ἀπὸ ῥιγέων πυρετοὺς ἐπιγινόμενον, ἴσχιοι τὸ νόσημα. [11] κεφαλὰς δὲ παιδικὰς σπασμωδικὰς αἷμα καὶ τὰ ὦτα μαίνεται, ἢ ἀπὸ τῶν ῥινῶν. [12] ἀπαλγήματα, πάσῃσι τοῖς μελαγχολικοῖς ἐπιγινόμενα, παύουσι τὰς μελαγχολίας. [13] καὶ κεφάλαιον μὲν ἐστὶ μέγιστον τῶν ἀνθρωπίνων νοσημάτων ἡ κεφαλὴ, [14] καὶ τὰ ἀῤῥωστήματα τὰ

pag 698

HIPPOCRATES Cous IV Regi Demetrio salutem. [2] Nos equidem etiam prius, ô rex, studio habentes naturæ humanæ partes in summo considerare, has conscriptas quemadmodum voluisti demisimus. [3] Nunc autem ea, quorum maxime studiosos esse oportet prudentes, partim à prioribus transsumpta, partim nunc per nos ipsos comperta, tibi conscripsimus. [4] Quæ si tu priorum morborum signis sientibus sequutus, & iisdem sæpe usus fueris, per omne vitæ tempus morborum exsors esse poteris. [5] Duo sunt morborum universorum animalium genera. alterum secundum genus, alterum secundum adfectionem inter se dissimilia. [6] At vero concupiscentias juxta alimentum, ex subcontrariis cognosces, [7] dum ea quæ evacuantur, indicant ea quæ plena sunt: & quæ implent, conjecturam præbent eorum quæ vacua sunt. [8] Morbos autem omnes ex subcontrariis constitutos cognosces, [9] & morbos à morbis fieri. [10] In convulsionibus febris succedens, sistit morbum: [11] capitis autem dolores, sanguis ex auribus erumpens, aut ex naribus. [12] Convulsiones omnibus morbis atræ bilis succedentes, atram bilem sedant. [13] Et in summa, radix humanorum morborum est caput, [14] & maximi morbi

Magni Hippocratis Coi Opera omnia graece et latine edita... industria ac ... - page 683 sur 917

τὰ μέγιστα ἐκ τούτου ὠφελήσει).
15 ''ἐπικλιθήσεται γὰρ αὐτῷ τὸ σώ- 154
μαλι, ὥσπερ σικύῃ, τὰ εἰσφερομβρέον ἀπαίλων συμῳκημένα αὐτῷ
20 ἕλκειν· ἀφεστήσεται δὲ τὰς λεπτομερέας χυμάς. 16 δεῖ δὲ προσέχοντα τὸν ἰδιώτην ζῆν αὐτὸν ὠφελιμώτατα ἐσόμενα ἐς ταῦτα τὰ μέρη· 17 ὅπως μηδὲ μέαν αὔξησιν λαμβάνοντα ὑπὸ προσπιπτόντων τῶν ἀρρωστημάτων, ἀλλὰ τὰ ἐπιμελείης δὲ τῆς ὑλαξίης τὰ ὠφελούσι γενομένης, 18 ἐν μήτε τοῖς τῆς ἀφροδισίων ἀκρησίαις, 19 μήτε τοῖς τῶν ἀλφίτων ἐδεσμάτων, 20'' μήτε τοῖς ὕπνοις τοῖς κε- 155
25 φαλαιοῖς, ἀγυμνάστου ἐόντος τοῦ σώματος, κρώμενος, 20 ἀλλ' ἐπακολουθέοντα τοῖς σημείοισι τοῖς γινομένοις ὑπὸ τοῦ σώματος, διαλυρέοντα κακὸν ἐκκρίσιν σώματος· 22 ὅκως ἂν, φυλαξάμενος τὸ ἀρρώστημα τὸ μέλλον ἐπιφέρεσθαι ὑπὸ θεραπηίης, αἷς ἂν ἐγὼ γράφω, χρώμενος, ἀλλὰ τέλειος ἂν ἀσος εἶναι [βιώσῃ ἔρρωσο.]

ex hoc accedunt. 15 ''Quam enim ori velut cucurbita medica incumbat, contingit, ut ipsum omnium eorum, quæ ingeruntur, superfluitates attrahat, & tenues humores. 16 Oportet autem animum advertere, & peculiariter vivere, ubi teipsum præparaveris in has partes, 17 quod morbi accidentes nullum augmentum capiant, per curam diligentem & per bonum ordinem apud te fientem: 18 ita ut neque rei veneriæ intemperantia, 19 neque diversorum eduliorum in- 156
continentia, 20 neque somnis immodicis, inexercitato corpore utaris: 21 sed signa in corpore contingentia sequaris, & uniuscujusque corporis occasionem conserves: 22 quo morbum irruere parantem vites, & medelis, quas ego perscribo, utens, à morbis exsors perseveres. Vale.

HIPPOCRATIS DE SANITATE TVENDA ad Antiochum regem, LARGIO DESIGNATIANO interprete.

Præfatio ad filios.

LEGI antehac Hippocratis Coi epistolam, medicinæ auctoris vel peritissimi, quam de tuenda valetudine ad Antiochum regem scripsisse fertur. 2 Cujus quia præcepta & monita vobis ad salutis custodiam nota cuperem, collegi, ut potui, quidquid seriem ejus continere memineram, eamque pro romano interpretans scripsi. 3 Cavi, fateor, ne ad verbum verba transferrem, quo minus pleraque linguarum diversitate congruerent, si parum ponderis in significationibus veris fieret: 4 ita-que explicandæ rei adversus obscuritatem consului. 5 Igitur epistola talis est.

II. ANTIOCHO regi S. 2 Eam te in hoc regnandi munere & culmine reputans sustinere personam, ut rex magnus vitam multis utilem in longum provehere debeas, 3 ingentem simul providentiæ tuæ meriens curam, qua experientissimus rerum, matheſim quoque apprime adeptus es, 4 con-

venire

venire talibus regalis peritiæ ſtudiis arbitratus ſum, domeſticam quoque tuendi corporis & procurandæ valetudinis ſcientiam. [5] Super cujus obſervationibus ad te ſcribendum putavi, [6] ut, ex quibus cauſis morbi exiſterent, [7] & quibus prænoſcerentur indiciis, [8] & qualibus inter exordia perimerentur medelis, oſtenderem. [9] Nam fere, ut cœli turbulenta tempeſtas numquam niſi præcedentibus ſolet ſignis ingruere; [10] ita corporum imminentia pleraque incommoda ortus proprii ſignificatione monſtrantur. [11] Spondeo autem, pro ingenita docilitate, qua noſtram quoque ſuper iis rebus ſolertiam probas, [12] monitis meis auſcultantem poſſe te reliquum vitæ tempus firma valetudine & plena incolumitate producere.

III. Corporis igitur humani fit à nobis quadripartita diviſio: [2] cujus in partibus ſingulis valetudinum moderatio continetur. [3] Sunt autem partes hæ: [4] cum capite oris ſublimitas, [5] pectoris latebra, [6] ventris receptaculum, [7] ſentina veſicæ.

IV. Si capiti igitur evenit incommodum, [2] aut tenebræ offunduntur, [3] aut creatur dolor, [4] aut onuſta quaſi pondere ſupercilia ſentiuntur, [5] aut fit temporum pulſus aſſiduus, [6] aut, tumeſcentibus mane oculis, caligat aſpectus, [7] aut aures tinniunt, & accepto quodam interius tumultuantur ſono. [8] His ergo ſignis exiſtentibus, caput eſt purgatione curandum. [9] Sed ſuper hujuſmodi tamen leniore medela, hyſſopi vel origani indici coma injecta defruto ſive mulſæ, quæ ſeptem vel pluſculis diebus maceratur. [10] De quo liquore poſtmodum coagitato atque colato tepido heminæ dimidium aut ampliorem modum gargarizari oportet die calido vel ſereno, [11] ita ut, reſupinato ore, faucibus liquor ille contineatur aliquantulum, & agitetur alterna vice: [12] idque ſæpius fiat, donec heminæ dimidium conſumatur, vel cum phlegmate projiciatur. [13] Sed hæc jejuno adhibenda curatio eſt, [14] qua nulla capiti levior aut commodior reperietur. [15] Hoc remedium qui neglexerit, & indiciis ſupra ſcriptis non occurrerit, [16] neceſſe eſt ſentiat aut oculorum vitia, [17] aut ulcera intimis auribus erumpentia, [18] aut ſtrumas in confinio colli, [19] aut pulſus cerebri, [20] aut ſuffocationem, aut circa guttur anginam, aut uvæ diſtillationem: [21] glandulas quoque patietur, [22] & tabem fluentium capillorum, [23] & ulcera per caput efferveſcentia, [24] doloremque dentium creberrime.

V. Quod ſi à pectore morbus minatur, qui eſſe ſimplex & non violentiſſimus ſolet, iis præſentitur indiciis. [2] Primum pectoris ſudor intimus teſtatur æſtum ſtomachi laborantis, [3] ſplen erit quaſi diſtenſus & eminens, [4] ſputamenta fellita, [5] ſcapulæ cum lateribus gravabuntur & improviſo dolore marceſcent, [6] aſſiduæ oſcitationes ora diducent, [7] importunæ vigiliæ ſomnos fugabunt, [8] arctatus ſpiritus ſiti nocturna maxime inardeſcet, [9] exper-

Magni Hippocratis Coi Opera omnia graece et latine edita... industria ac ... - page 685 sur 917

gefactis mens erit triſtis & nubila, [10] poſt ſoporem totius pene corporis pulſus, [11] tremor in brachiis vel in manibus, [12] ſicca etiam tuſſis quatiet infirmum. [13] His igitur ſapienter occurritur, ſi conſuetudo fiat ſine ullo medicamine poſt cœnam vomendi. [14] Utile autem eſt etiam jejunum vomere. [15] Magis enim humor noxius, qui ſtomacho inſederit, egeritur. [16] Itaque, qui mane vomiturus eſt, debet minutatim raſani radices manducare, eaſque vel ſuccum earum tranſmittere: [17] cardamum quoque, id eſt, naſturtium; ſed & ſinapi, & erucam devorare, [18] & aquam inde tepidam ſuperbibere, ac digito vomitum provocare. [19] Qui iſta contempſerit, erit his obnoxius vitiis: [20] pulmonis labore vexabitur, [21] freneſin ſuſtinebit, atræ bilis infeſta commotio ad uſque veſani eum furoris periculum trahet, [22] jactabitur febribus acutis, [23] inops ſomni agitabitur perniciosis vigiliis.

VI. Si quando autem morbus à ventre molitur, qui & ipſe multiformi graſſatur incommodo, hæc ſigna præmittit. [2] Torquetur alvus, & correptos cibos immoderatis fluoribus fundit. [3] Potus in amaritudinem vertitur, [4] membrorum omnium exiſtunt dolores, cauſa latente graſſantes; [5] nimiis fervet ruboribus corpus, & acutis atque occultis febribus inardeſcit. [6] Adverſum hæc venter eſt molliendus ſine grandi cura aut gravi medicamento. [7] Nam qui laſarpho vel mercuriali herba uſus fuerit, commode alvum temperabit. [8] Si parum proficiet hæc medela & ſupra dicta indicia perſeverabunt, decoctus urticæ ſuccus potui dabitur. [9] Utiliter accipiuntur & cymæ caulium, multa aqua vehementer excoctæ. [10] Etiam braſſicæ humor, melle admixto & aſperſo ſale temperatus, bibi debet ad heminarum quatuor modum. [11] Qui hæc adhibere ceſſaverit, iis patebit injuriis, ut aut cœliacus fiat, aut, meatibus ruptis, immoderato ventris fluore vexetur. [12] Hinc dyſenteria oritur, & iliacus morbus, & ad ſuperiora fimus redundans vomitibus, & empneumatis interficiet. [13] Hinc iſchii paſſio erit, dolorque coxarum: [14] apoplexis etiam iis originibus exiſtet. [15] Hinc & ſanguinis per inferiores meatus, id eſt, per hæmorrhoïdas fluor multus emanat. [16] Articulorum quoque morbus, quem Græci arthritim vocant, iſtinc creatur.

VII. Cum vero ex veſica imminet origo vitiorum, & ipſa non minus cauſis pluribus nocens, iis ſignificationibus intelligitur. [2] Inflatio veſicæ adeſt. Solet enim in eam multus ex alvi meatu ventus immitti. [3] Inde aſſidua ructatio: inde incontinentes crepitus egeruntur: [4] inde gravis ſomnus: [5] inde urina ſordida & diri odoris egeritur, [6] & circa genitalia tumor ſurgit. [7] His ergo animadverſis, tali ſubveniendum medela. [8] Fœniculi & apii radices vino condito veteri & odorato injicies, &, cum ſe hæc confuſa maceraverint, cum vini cyathis duobus tantundem miſcebis aqua calida, & jejuno potui dabis. [9] Præterea radicis

radicis aſparagi ſuccus cum vino mixtus optime ſumitur: [10] ſed & ciceris albi, non arietini, decocti ſuccus accipitur. [11] Ex hac valetudine, niſi in exordio curatio adhibita fuerit, per urinæ difficultatem & hydrops naſcetur, & dolor jecoris, & vitia renum, & ſtranguria veſicæ, [&] ventrem moleſtiſſimi dolores vexabunt.

VIII. Hæc ſunt de prænoſcendis præveniendiſque morborum cauſis. [2] Addidi etiam, quibus & quatenus per anni circulum, pro temporum viciſſitudine, obſervatis incolumitas cuſtodiatur. [3] Ab hieme igitur ſalubrius fiet exordium. [4] Ex die VIII. calend. Januarias corporibus humor adereſcit uſque veris æquinoctium, quod incipit VIII. calend. Aprilis. [5] Hoc ergo tempore utendum calidiſſimis cibis & optimis; vino aliquatenus indulgendum; uſus etiam veneris minime reſpuendus. [6] Ex æquinoctio incipit phlegma creſcere, id eſt, concretus humor & frigidus, uſque in ortum Pleiadum, qui incipit pridie idus Majas. [7] Ergo tum adhibere convenit bene odoratos, ſed & acres cibos. [8] Exhinc ſanguis ardentior febribus augmenta ſuppeditat; nec minus humor obbibitur, uſque ad æſtivi temporis commutationem; quæ ad VIII. calend. Julias inchoatur; [9] à quo die venere abſtinendum jejunandumque. [10] Ab octavo enim calend. Julias, æſtiva progreſſio incrementa fellis exſuſcitat uſque in autumni æquinoctium; quod eſt VI. calend. Octobris. [11] Erit igitur utendum frigidis & ſapidis & bene olentibus cibis; parcius jejunandum, & à venerio uſu ab VIII. calend. Julias, certe per dies duodecim, penitus abſtinendum. [12] Poſt autumni æquinoctium, id eſt, poſt diem VI. calend. Octobris, acres biles vires & augmentum ſortiuntur, uſque in occaſum Pleiadum, qui eſt IIII. Idus Novembris. humores etiam graves ſerpunt. [13] Erit igitur utendum acidis & acribus cibis venere quoque abſtinendum; parcius etiam jejunandum. [14] Ab hoc rurſus tempore, id eſt, à IIII. Idus Novembris, ſanguis deficit. [15] Congruit igitur levioribus cibis uti, vino indulgere, nec uſu veneris abſtinere, in VIII. calend. Januarias, ex quo incipit tempus hibernum. [16] Hæc, ut dixi, obſervans incolumi ſoſpitate vitæ ſpatia tranſcurres, nec ulla indigebis viſitatione aut curatione medicorum.

Magni Hippocratis Coi Opera omnia graece et latine edita... industria ac ... - page 687 sur 917

HIPPOCRATIS DE SANITATE TVENDA ad Mecœnatem, LARGIO DESIGNATIANO interprete.

QVEM roganti tibi libellum promiſi, omni cura adhibita deſcriptum miſi, ordinatiſſimum tuæ ſalutis cuſtodem: [2] quem debebis tam diligenter intueri, quam ſcriptus eſt. [3] Ad curationem enim corporis tui omnia explorata ſunt, quæ cum rerum effectu comperi, celeriterque complexus ſum. [4] Intueri ergo omnem medicinæ rationem debebis. [5] Namque ego diligenti cura, licet ſumma brevitate, comprehendi ſingula curationum genera, ſicut proxime in eo libello feci, quem Cæſari noſtro coram te tradidi. [6] Quas curationes per temet ipſe æſtimare poteris. [7] Sapientibus enim ratio venire in conſilium adſuevit.

I I. Omne itaque corpus hominum & pecudum alitumque ex quatuor generibus conſtat; ſed præcipue hominum; calido, frigido, ſicco, & humido. [2] Frigido enim continentur viſcera, unde ſpiramus. [3] Calore continetur anima, qua vivimus; id eſt, qua vivi ſentimus. [4] Sicca ſunt oſſa, quæ vires faciunt ad ſuſtinendum laborem. [5] Humidus eſt ſanguis, quo alitur vita. [6] Per omnia enim viſcera venæ currunt, quæ ſanguinem vehunt. [7] Sanguis animam, anima vitam ſuſtinet; ſpiritus autem aëris eſt. [8] Oſſa, nervis munita, virtutem corpori præſtant.

I I I. Sanguis, cum abundat, valetudinem vitiat. [2] Ex eo naſcitur ſanies, quam in vulneribus ſectis videmus. [3] Naſcitur & pituita, quæ nauſeam facit. [4] Naſcitur etiam bilis acida & amara, quæ dicitur mater morborum. [5] Bilis enim cum eſt, concitat calores. [6] De pituita perfrictio naſcitur, quæ facit dolorem inteſtinorum, torſiones etiam inflationemque, quæ corpus extenuant. [7] Sanguis autem à nimio cibo, nimiaque potatione incipit abundare, & cruditate corrumpitur. [8] Qui cum evacuatur extra curſum naturæ, infert aliqua corpori vitia; & in quacunque parte corruptus incubuit, fatigat & lædit. [9] Nam ſanguis animam quoque vitiat; & inde os hominis incipit fœtere. [10] Cum eſt ergo integer ſanguis, animam ſine dubio confirmat, ut poſſit frigus caloremque fortius ſuſtinere. [11] At, cum abundat, cumque calore animæ corrumpitur, fit ſanies: [12] tum & bilem atram concitabit, & calorem interdum ac frigus faciet, corporique univerſo languorem, animæque malum odorem vel anhelitum faciet.

I V. Quo facilius igitur commodis valetudinis fruamur, & incommoda vitemus, [2] prognoſtica, id eſt, præcurrentia vitia, ſignis naturalibus cognoſcamus, cognitaque emendemus, ne mortifera fiant. [3] Quatuor igitur diſponuntur corporis partes; cujus origo in capite eſt, & thorace; deinde venter ſequitur & veſica. [4] Ita ergo locorum iſtorum ſinceras notas cognoſcemus.

V. Hominis ſani urina mane alba erit, & ante prandium rufa.

rufa. [2] Pranſi rurſus candida; item ante cœnam rufa. [3] Nec ego tamen neceſſitatem prandendi impoſui, ſed magis vicinam & tempora naturalia oſtendi. [4] Candida enim urina debet eſſe, ubi cruditas non eſt, mane quieto corpore. [5] Deinde motus ipſe & deambulatio urinam turbat, excitatque veſicam; ideoque coloratior fit. [6] Quod ſi mane urina mutaverit colorem, oſtendit ſubeſſe vitium infirmitatis, [7] quod tamen propriis indiciis intelligimus.

VI. Cum enim à capite morbus oritur, ſolet capitis dolor comparere: [2] tunc & ſupercilia gravantur, tempora ſaliunt, aures ſonant, oculi lacrymant, nares repletæ odorem non ſentiunt. [3] Cum ex iis ergo aliquid accidit, caput purgari oportet hac ratione. [4] Hyſſopi aut cunilæ bubulæ faſciculum cum aqua defervefacias; inde aquam ore continebis; [5] ſed caput calide tractabis, ut fluat pituita. [6] Quod ſi quis negligit, capiet epiphoras oculorum, aut dentium vel aurium dolorem. [7] Interdum etiam ſtrumæ parotideſque naſcuntur, & alia vitia, quæ circa fauces cerviceſque oriri ſolent. [8] Item diſtillatio aut gravedo narium erit. [9] Et interdum ulcera in capite naſcuntur, aut etiam capilli defluunt.

VII. Cum autem à thorace morbus naſcitur, [2] incipit caput ſudare, linguaque fit craſſior, aut os amarum, aut tonſillæ dolent. [3] Oſcitatio erit frequens ſine ſomno & quiete. [4] Torpor membrorum, animi dolor, ſubitaque tuſſis arida & inquieta naſcetur. [5] Ex iis ergo cum aliquid acciderit, vitabis vitium grave, ſi vomueris, ſive jejunus, ſive poſt cœnam, vel in balneo. [6] Plus autem prodeſt, ſi jejunus bilem ejeceris. [7] Eam enim dicimus matrem morborum. [8] Sed, qui vomere nolunt, vel non poſſunt, quia ſtomacho laborant, decimoquoque die jejunando, omni cibo ſe abſtineant. Quo facto vitium grande vitabunt. [9] Nam frequenter vomendo ſolet ſtomachus corrumpi.

VIII. Quod ſi à ventre morbus orietur, hæc erunt ſigna. [2] Venter vertetur atque turbabitur & ſentiet crebros dolores; cibus & potio videbuntur amara; genua ſuccident, & lumbi gravabuntur, interſcapulium contrahetur, totumque corpus particulatim gravabitur, tardabuntur pedes, pigra fient crura, renes indoleſcent, & poſt hæc febriculæ incurrent. [3] His itaque cognitis, prima eſt abſtinentiæ utilitas. [4] Tum etiam medicamentis alvum purgari oportebit, ut grave corpus levamentis adjuvetur. [5] Quod ſi morbus major premere videbitur, adjicies alterum diem abſtinentiæ: ſi tamen vires patientur. [6] Sin minus, quam leviſſimum ſumes cibum, ut ovum ſorbile tantum, aut aliquod ovo ſimile accipias. [7] Hoc qui negligunt, fiunt cœliaci, torminoſi, dyſenterici: [8] etiam ex eo naſcuntur tertianæ & quartanæ: [9] fiunt podagrici chiragricique; morbus etiam articularis hinc accidere ſolet. [10] Quidam etiam fiunt amentes: [11] quibuſdam ſanguis etiam erumpere è naribus ſolet. [12] Oportet igitur occurritam gravibus

vibus malis, curatione ſupra dicta.

IX. A veſica qui naſcuntur morbi, hæc dabunt ſigna. [2] Pleni videbuntur, & cibo cito ſaturari, quos gravabit. [3] Sequentur inflationes ventris, & crepitus crebri. [4] Videbuntur oſcitare, nec oſcitabunt, ſed tantum os diducent. [5] Sequitur totius corporis ſtupor, ſomnuſque gravis, quaſi marcor. [6] Fiet urina livida & vix erumpens. [7] Tumeſcunt etiam veretra, & inde calculoſi fiunt. [8] Hæc vitia ſic emendantur. [9] Fœniculum & apium vino auſtero madefacito; vel etiam earum herbarum radices contere, & ex vini cyathis duobus, & tantundem aquæ calidæ accipe aſſidue. [10] vel dauci ſemen & myrtum ex aqua calida ſume. [11] vel cicer album ſume, non arietinum, madefactum vino, ut ſupra ſcripſi, ebibe. [12] vel radicem aſparagi, vel ervum erraticum, vel ſerpyllum decoque, ejuſque aquam vino mixtam bibe. [13] Quæ qui negligunt, fiunt hydropici. [14] Sequetur iis jocineris & renium & veſicæ dolor. [15] Fient quoque calculoſi; ſtranguriam quoque ſuſtinebunt, & ventris tumorem. [16] Intueri autem oportet ægri vires, quomodo poſſit ſuſtinere medicinam, ut ita febri & cruditati ejus adhibeatur. [17] Fiunt ergo cataplaſmata, adhibenturque, quæ apta ſint capiti, ventri, veſicæ, cruditati, frigori, calori, prout tempus exegerit. [18] Uti autem ad hæc oportet roſa, aceto, vino, oleo irino, [19] linguam quoque ægri aſperam melle perfricari, vel mentæ folio. [20] Reliqua diligenti medico permittenda ſunt: quia juxta morbos debet adhibere medicinam.

X. Quoniam oſtendi corporis ſani & imbecilli notas per urinam denunciari, & adjici curationum conſilia: [2] nunc & compoſitiones medicamentorum adjiciam; unum, ne naſcantur corpori vitia; alterum, ut emendatio ſanitatem reducat. [3] Adverſus autem omnes impetus morborum duo ſunt remedia certiſſima. [4] Primum eſt, decimo quoque die ut te abſtineas à cibo & potione. [5] Deinde, poſtero die lavabis, ciboque firmo uteris. [6] Qua re & obſervatione efficies, ne quid omnino vitii corpori tuo accidat, & perpetua ſanitate ſis tutus. [7] Eſt & potio ſalubris, quæ omne corporis vitium eliminat, & valetudinem confirmat. [8] Ejus potionis jam tecum habes compoſitionem. [9] Per annos autem complures, amiciſſime Mecœnas, cum Cæſare noſtro pariter nos morari meminiſti; quo tempore hæc obſervando nunquam in ullum corporis languorem incidiſti. [10] Quo tempore nec noſtrum Auguſtum quidquam moleſtioris incommodi paſſum eſſe noſti. [11] Ita etiam me tecum habebis, ſi libellum meum legendo ſæpius tractaris, [12] qui plenius tibi, me abſente, præſtare conſilium in omnibus poterit. [13] Terentii Velpiſti in ultimo libello leges dynames herbarum. [14] Quas ut creſcentibus numeris Lunæ obſerves, dum tollis & componis, curato. [15] Si ita non feceris, & ad deminutionem Lunæ

Lunæ ſuſtuleris, minus valebunt. [16] Ipſum etiam mare per Lunam augeri & minui ſcimus. [17] Cerebra etiam hominum augentur creſcente Luna. [18] Cum autem minuitur Luna, unaquæque res deminutionem ſentit. [19] Quod licet recognoſcas ex iis, quibus cotidie uteris: tamen &, per me admonitus, ſcies omnibus & minui augmentum & augeri per Lunam. [20] Quod ſi ita eſt, in herbis quoque legendis componendiſque medicamentis vim ejus & poteſtatem nos obſervare debere, ne dubites.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΕΠΙΔΗΜΙΩΝ τὸ πρῶτον.

HIPPOCRATIS POPVLARIVM liber primus.

Baſil. græc. Foeſius ſect. VII. II. 938. Baſil. lat.

ΤΜΗΜΑ ΠΡΩΤΟΝ.

SECTIO PRIMA.

ρμς 301 ΚΑΤΑΣΤΑΣΙΣ πρώτη. [2] ἐν Θάσῳ φθινοπώρου περὶ 1 ἰσημερίην καὶ ὑπὸ 2 πλειάδων ὕδατα πολλὰ, ξηραὶ 3 νότιαι, μαλθακὸν, ὡς ἐν νόσοισι. 4 [3] χειμὼν νότιος· σμικρὸς πνεύμασι βόρεα· αὐχμώδης. [4] τὸ 5 σύμπλοον εἰς γε χειμῶνα ὀκοῖόν τις γίνεται. [5] ἦρ οἱ νότιον, ψυχρὸν· μικρὸν ὕσμασι. [6] ἥλιος ὡς τὸ πολὺ ἐπινεφέλιον, ἀνυδρίαι, [7] ἐτησίαι ὀλίζαι σμικρὸν διεσταζεν ὡς ἔπνεον. [8] χλωμὸς ὁ ἀὴρ ὑγρῆς 7 ὅλης ἐπὶ τὸ νότιον καὶ μετ' αὐχμοῦ. [9] Πρωὶ μὲν ἔαρος, ἐκ τῆς 8 ἀρχῆς τοιαύτης γενομένης, ἐτησίαι καὶ βορέαι χλωμοὶ, [10] ὀλίγοισιν ἐγκοίλοις καῦσοι, καὶ τελίοισι πάνυ δύσκριτοι. [11] καὶ ὀλίγοισιν 8 αἱμορῤῥαγίαι. [12] καὶ οὐ θανάσιμον οὐ τελέων. [13] ἐπιέρματα δὲ καὶ τὰ οὖλα 9 πολλοῖσιν ἐπεφόρητο, καὶ ἐξ ἀμφοτέρων, τοῖσι τελέοισιν ἀπύρετοι ὀρθοστάδην. [14] ἔστι δὲ οἷσι καὶ μικρὰ 10 ἐπήγε-

ρμζ 87 [1] CONSTITUTIO temporis prima. [2] In Thaſo autumni tempore, circa æquinoctium & 397 ſub pleiadas, aquæ multæ aſſiduæ, molles, velut in auſtrinis: [3] Hyems auſtrina: parvi venti aquilonares, ſqualores: [4] & omnino hyems, quale ver fieri ſolet. [5] Ver autem auſtrinum, frigidum, pluviæ parvæ. [6] Æ- 5 ſtas plerunque nubila, aquarum inopia. [7] Eteſiæ parum, modice, ſparſim ſpirarunt. [8] Quum autem totus hic aëris ſtatus ad auſtrina vergeret, ac cum ſiccitatibus fieret: [9] ante ver quidem ex priore ſtatu, ſubcontrario & aquilonio emergente, [10] paucis obortæ ſunt febres ardentes: atque his omnino boni ſtatus: [11] & paucis ſanguis erupit, [12] neque ex his morieban- tur. [13] Tubercula vero circa 9 aurem alteram multis erant, plurimis ex utriſque, citra febrem erecte obambulantibus: [14] quibuſdam vero etiam parum 10 in-

ἐπεθερμήνοντο. 15 καὶ ἐσῶν πᾶσιν ἀσινέως, ὀλίγοις δὲ ἐξεπύησεν ὀδύνη, ὥσπερ τὰ ἐξ ἄλλων αἰτιῶν φύματα. 16 ἦν δὲ ἡ φύσις αὐτέων, χαῦνα, μεγάλα, κεχυμένα, μετὰ φλεγμονῆς, ἀνώδυνα, πᾶσιν ἀζήμιως ἐφάνη. 17 ἐγένετο δὲ τοῦτο μειρακίοισι, νέοισιν, ἀκμάζουσι. 18 καὶ τούτων τοῖσι μὲν παλαίστρῃ καὶ γυμνασίοις πολέεσσι. 19 γυναιξὶ δὲ ὀλίγῃσιν ἐγένετο. 20 πολέεσσι δὲ βῆχες ξηραὶ, καὶ φωναὶ βραγχώδεες ἐπὶ μετὰ πολύ· τοῖσι δὲ καὶ μετὰ χρόνον. 21 φλεγμοναὶ μετ' ὀδύνης ἐς ὄρχιν ἐπεξόρμησαν, τοῖσι δὲ ἐπ' ἀμφοτέρους. 22 πυρετοὶ, τοῖσι μὲν, τοῖσι δ' οὔ. 23 ἐπιπόνως τοῦτο τοῖσι πολέεσσι. 24 τὰ δ' ἄλλα, οὐκ ἐπὶ ἰητρεῖον, ἀνόσους διῆγον.

25 τοῖσι δὲ ξηρῇ ὀξυθυμίῃ, καὶ ἀπὸ ξηρῆς, καὶ κοιλίῃ χρηιῶνα, πολλοὶ τῶν ἤδη πάλαι χρόνον ὑποφθινομένων, φθινώδεες κατεκλίθησαν. 26 ἐπὶ καὶ τοῖσιν ἀμφιδοιαστῶς ἔχουσι πολλοῖσιν ἐβλαψε τότε. 27 ἔστι δ' οἷσιν ἤρξατο πρῶτον, τετοίοισιν ἔρρωται ἡ φύσις ἐπὶ τὸ φθινώδες. 28 ἀπέθνησκον δὲ πολλοὶ καὶ τελέως τετέων. 29 καὶ τῶν κατακλιθέντων οὐκ οἶδ' εἴ τις καὶ μέτριον χρόνον διέζησε. 30 ἀπέθνησκον δὲ ὀξυτέρως ἢ ὡς εἰθίσθη. 31 ὡς τὰ γε ἄλλα, καὶ μακρότερα ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν ἐόντα, εὐφόρως ἤνεγκεν, καὶ οὐκ ἀπέθνησκον. 32 τοῖσι δὲ ἐρεύθεται

incalescebant. 15 Extincta sunt omnibus absque nocumento: neque cuiquam suppurarunt; quemadmodum ea quæ ex aliis causis sunt oborta. 16 Erat autem natura ipsorum hæc: laxa erant, magna, diffusa, non cum inflammatione, doloris exortia; omnibus obscure evanuerunt. 17 Fiebant autem hæc adolescentibus, juvenibus, in vigore constitutis, 18 & ex his plurimis qui circa palæstram & gymnasia exercebantur. 19 Mulieribus vero paucis fiebant. 20 Plurimis vero tusses ficcæ, qui tussiebant & nihil rejectabant, & voces non longe postea raucosæ. 21 Quibusdam vero etiam interposito tempore inflammationes cum dolore, in altero testiculo, quibusdam in utroque. 22 Et aliis quidem febres, aliis non. 23 Hæc autem plurimis laborioſe fiebant. 24 De cætero vero, quantum ad ea attinet quæ in officina medica ad chirurgiam pertinentia fiunt, sine morbo degebant.

25 At vero ante æstatis initium, & per æstatem ac hyemen, multi ex his qui longo jam tempore subcorrupti erant, tabidi decubuerunt. 26 Nam & multis qui ambigui erant, tunc tabes confirmata est: 27 quibusdam vero primum cœpit: & his natura ad tabem vergebat. Moriebantur autem multi & plurimi ex his. 29 Et de his qui decubuerunt, haud scio an quis etiam modico tempore supervixerit. 30 Moriebantur autem citius quam tales morbi transigere solent. 31 Nam aliqs & longiores, & cum febribus conjunctos, facile ferebant, & non moriebantur. 32 De quibus paulo post scri-

ψεται.

φετικ. 33 μέγιστον γὰρ καὶ μέγιστον τῶν τότε γλυκυμόρων νουσημάτων τὰς πολλὰς τὸ φθινῶδες ἐκλῆγον. 34 ἐγὼ δὲ τοῖσι πλείστοισιν αὐτέων τὸ πυρῆμα τοιόνδε. 35 " φρικώδεες πυρετοὶ, ξυνεχέες, ὀξέες, τὸ μὲν ὅλον ἐς ἀμφιλείποντες. 36 " ὁ δὲ τρόπος ἡμιτριταῖος· τὴν μὲν πρωΐην ἐλαφρότερος, τῇ δ' ἑτέρῃ ἐπιπαροξυνόμενος· καὶ τὸ ὅλον ἐπὶ τὸ ὀξύτερον ἐπιδιδόντες. 37 ἱδρῶτες δὲ οὐκ ἐγένοντο, ἢ δι' ὅλου. 38 ψύξις ἀκρέων πολλὴ, καὶ μόλις ἀναθερμαινόμενα. 39 καὶ λίαν ταραχώδεες, " χολώδεες, ὀλίγοισιν, ἀκρήτοισι, λεπτοῖσι, διακριθεῖσι, πυκνὰ ἀνίσταντο. 40 ἔρρει δὲ ἐκ μὲν λεπτὰ καὶ ἄχροα, καὶ ἄπεπτα, καὶ ὀλίγα, ἢ πεχόμενα ὀλίγα καὶ μικρὰ ὑποστάσιον, ἐκ καλῶς [δὲ] καὶ διεσταλμένα, ἀλλ' ὠμῇ τινι καὶ ἀκμάζουσα ὑποστάσει. 41 ἔσησαν δὲ μικραὶ καὶ πυκναὶ, " πέπονα, καὶ ὀλίγα μόλις ἀναλήγοντες. 42 οἷσι δὲ τὰ βιαιότατα ξυμπίπτοι, ἐδὸ ἐς ὀλίγον πεπαινόμενα ἐκ μὲν ἐπέλεον ὠμὰ πλύοντες. 43 " φάρυγγες δὲ πλείστοισι τούτων ἐξ ἀρχῆς καὶ ἀεὶ πλείονα ἐπώδυνον εἶχον. 44 [καὶ] ῥεύματα σμικρὰ, λεπτὰ, ὀριμία, 45 πεχόμενοι " πυκνόμενοι καὶ ἀκέρμενοι, 46 ἀπέσιτοι πάντων " ἐδεσμάτων, 47 ἀεὶ πλείονα ἄ- ὀνητοι, 48 καὶ ἀποθνήσκοντες πολλοὶ ἐν τοῖσιν. 49 ἐν μὲν τοῖσι φθινώδεα, τοιαῦτα.

50 καὶ ἐν [τῷ] θέρει ἤδη καὶ [τῷ] φθινοπώρου ' πυρετοὶ πολλοὶ καὶ ὀξέες, " ἐβίαιοι. 51 " μακροὶ δὲ νοσέουσι, ἐ δὲ ἐν τοῖσι ἄλλοις ὀλίγοισι φέρουσι. 52 ἐγίνοντο [δὲ] καὶ λίαν ταραχώδεες τοῖσι πλείστοισι πάνυ δι' ὅλου, καὶ ἐδὲν ἄξιον λόγου ὠφελοῦντες.

scribetur. 33 Solus enim & maximus ex his qui tum vigebant, tabidus ' morbus multos occidit. 34 Erant autem plurimis ipsorum affectiones hujusmodi: 35 febres horridæ, continuæ, acutæ, in totum non intermittentes. 36 Modus autem erat semitertianus, una die leviores, altera amplius exacerbescentes, & in summa acutiores increbescentes. 37 Sudores vero semper, non per totum: 38 Frigiditas extremitatum multa & quæ vix recalescceret. 39 Alvi turbatæ, bilioſæ, ex paucis, puris, tenuibus, ' morda- cibus: frequenter ad exonerandos se surgebant. 40 Urinæ tenues, & crudæ, & decolores, & paucæ: aut crassitudinem habentes, & subsidentiam parvam, non probe desidentes, sed cum cruda quadam ac intempestiva subsidentia. 41 Tussiebant autem, pauca, condensata, concocta, paulatim vix educentes. 42 Quibus vero violentissima accidissent, his neque modice concoctio aderat, sed cruda spuere ' perseverabant. 43 Fauces autem plurimis horum ab initio, & perpetuo dolebant, ruborem habentes cum inflammatione: 44 fluxiones parvæ, tenues, acres. 45 Brevi colliquescebant, & affligebantur, 46 omnes cibos perpetuo fastidientes, 47 sitis exortes, 48 & plerique circa mortem deliri. 49 Et circa tabidos quidem hæc.

50 Cæterum æstate jam & autumno, febres multæ, continuæ, non violentæ, 51 diu quidem ægrotantibus, ' non autem alias ita male habentibus 52 oboriebantur. Plurimis alvi turbatæ, ita ut valde toleranter ferrent, & nihil memorabile lædebant.

πλῆ· 53 ἐμέ τε τοῖσι πλείστοισιν οὐ-
χρέα μὲν ἦν ἐμέειν, λεπτὰ δὲ καὶ μὴ
χρέιη ἐφ' ἡρίστου πεπαυόμενα. 54
βηχώδεες δ' ἦλθον, ἐδὲ τὰ βησσόμε-
να δυσκόλως. 55 ἐπὶ δὲ τοῖσι, 14
ἀλλὰ καὶ δίδοιτο πάνυ οὐκ ἐδέχθη. 56
τὸ μὲν ἐν ὅλοισι ὑστεινότατον οἱ φθι-
νώδεις ἐν τῷ φθινώδεϊ τρόπῳ· 57
30 πυρετοῖσι φρενώδεσι σμικρὰ 36
ἐφιδρῶντες, ἄλλοι ἀλλοίως πυρε-
ξαινόμενοι πεπλανημένως. 58 τὸ μὲν
ὅλον οὐκ ὀλέθριοι, παροξυνό-
μενοι δὲ τεταρταῖοι τρόπον. 59 38
οἱ δὲ τελέων, εἴτι τὰ βρα- 39
χύτερα ἡμέρεα, ἐπὶ εἴκοσι καὶ ἡμέ-
ρῃσι· τοῖσι δὲ πλείστοισι ἐπὶ τεσσα-
ρακοντα καὶ πολλοῖσι δὲ ἐς ὀγδο-
κοντα. 60 ἔστι δὲ οἷσιν ἐδὲ ἕως, ἀλ-
λὰ παλινδρόμως τὰ πλεῖστα 40
ἐξέλιπον. 61 τελέων δὲ τοῖσι πλέ-
στοισι, ἐν πολλῷ μᾶλλον χρόνῳ
χρέον, ὑπέστρεψαν οἱ πυρετοὶ πά-
35 λιν. 62 ἐκ δὲ τῶν ὑποστροφέων ἐν 41
τῇσιν αὐτῇσι ἐπεδείξαντο κρίσιν.
63 πολλοὶ δὲ αὐτέων ἀνήλγησαν ὥστε
καὶ ἐπὶ χειμῶνα νοσέειν. 64 ὁκόσοι
δὲ τῶν ὑστεροχρονίων ἐν
τῇ κατεστηκυίῃ τοῦτῃ μέχρι φθι-
νώδεϊ γενεσθαι ξυνέπεσον. 65
ἐπὶ τοῖσι οἷς ἄλλοισι πυρετοῖσιν 42
οὐκ ἐγένοντο.

bant. 53 Urinæ item plurimis boni quidem coloris & puræ: verum tenues, & post tempus circa judicationem concoctæ. 54 Tussiebant autem non valde, neque ea quæ pertussim rejectabantur, difficultatem exhibebant. 55 Neque cibum fastidiebant, sed etiam valde licebat ipsis offerre. 56 In summa subægrotabant 50 tabidi, non tabido modo, 57 febribus horridis parum insudantes, alias alii, ut qui erroneo modo exacerbarentur, 58 febribus quidem in totum non intermittentibus, sed quæ juxta naturæ febris tertianæ morem exacerbarentur. 59 Judicabantur autem quibus inter hos breviſſimæ essent, circa vigesimum diem, plurimis circa quadragesimum: multis circa octuagesimum. 60 Quibusdam neque sic, sed vago modo & citra judicationem deficiebant: 61 horum autem plurimis febres rursus non multum tempus intermittentes reversæ sunt. 62 Ex recidivis autem in iisdem circuitibus judicabantur. 63 Multis vero ipsorum producebantur, ut sub hyemem ægrotarent. 64 Ex omnibus porro in hac temporis constitutione descriptis, solis tabidis lethalia acciderunt. 65 In aliis autem febribus, non.

ΤΜΗΜΑ ΔΕΥΤΕΡΟΝ.

40 Καλὴ τάπις δουλίη. 2 ἐν Θά- 1
σῳ περὶ δὲ φθινοπώρου χειμῶνες,
ἐκ μὲν κατὰ νότον, ἀλλ' ἐξαίφνης ἐν βο-
ρείοισι καὶ ὀλίοισι πολλοῖσιν, ὑγροὶ
καὶ προεκχεόμενοι. 3 τοῦτο δὲ 2
ἐγένετο πᾶσι μὲν ἐχόμενα πληιά-
δος δύσιος, καὶ ὑπὸ πληιά-
δα. 4 χιόνες δὲ βαθεῖαι· ὕδατα 3
πολλὰ, καὶ λευκὰ μεγάλαι χίονες·
μιξαύρια καὶ πλέονα.

SECTIO SECUNDA.

Constitutio temporis secunda. 1
2 In Thaso ante autumnum tempestive, sed derepente in aquilonaris & austrinis multis, humidæ & præerumpentes. 3 Hujusmodi vero durabant usque ad pleiada, & sub pleiade. 4 Hyems autem aquilonia. Aquæ multæ, largæ, magnæ: nives. Plerunque mixta aëris serenitas: 5 & hæc

